



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

Liber Tertius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12945

M. FAB. QUINTILIANI
DE
INSTITUTIONE ORATORIA
LIBER TERTIUS.

CAP. I.

De scriptoribus artis rhetoricae.

QUONIAM in libro secundo quæsitum est quid esset *Rhetorice*, & quis *finis* ejus: *artem* quoque eam esse, & *utilem*, & *virtutem*, ut vires nostræ tulerunt, ostendimus: *materiamque* ei res omnes de quibus dicere oporteret, subjecimus: ¹ jam hinc, unde cœperit, quibus constet, quo quæque in ea modo invenienda atque tractanda sint, exequar: ² intra quem modum plerique scriptores artium constiterunt, adeo ut Apollodorus contentus solis judicialibus fuerit. ³ Nec sum ignarus, hoc à me præcipue quod hic liber inchoat opus, studiosos ejus desiderasse, ut inquisitione opinionum,

DEinceps veram artem aggreditur, & quemadmodum præcipiunt, primum *de origine* agit, & post notionem finis (quem posuit l. 2.) artem in partes tribuit: deinde *materiam* quam delinearat verius quam expresserat lib. 2. hic fusius explicat: mox à generali tractatu ad specialem descendit, ac *genus demonstrativum* describit, *deliberativum*, & *judiciale*, cui sequentes quatuor libri subserviunt. *Turneb.*

¹ *Quoniam in libro secundo.*] Huc pertinet hæc anacephalæosis, ut auditorum & lectorum memoria renovetur, & sequentia prioribus adnectantur, more transitionis. *Idem.*

² *Jam hinc, unde cœperit, &c.*] Respexit ad generalem præfationis primi libri divisionem. se enim quinque his libris pollicitus est dicturum de inven-

tionem, in cujus partes veniret *dispositio*: quatuor sequentibus *de elocutione*, cui subicitur *memoria* & *pronunciatio*. *Idem.*

³ *Intra quem modum.*] Commendat institutum suum, quod uberius *de rhetorica* tractarit quam ceteri: qui cum artem scriberent, *inventionem dispositionis* atque *elocutionis* partibus contenti fuerunt. Angustius vero etiam tractavit Apollodorus quam ceteri, qui partes eas in *judicialibus* duntaxat causis sit executus, omisso *demonstrativo* genere & *deliberativo*. *Idem.*

⁴ *Nec sum ignarus.*] *Procatasceus* est ad sequentium præmunitionem: quæ quanquam utilitatem sunt habitura, tamen voluptati non sunt futura: nos autem plerunque studiorum voluptatem sequimur. *Idem.*

x Et auves

nionum, quæ diversissimæ fuerunt, longè difficillimum, ita nescio an minime legentibus futurum voluptati: quippe quod prope nudam præceptorum traditionem desideret. In cæteris enim admiscere tentavimus, aliquid nitoris, non jactandi ingenii gratia (namque in id eligi materia poterat uberior) sed ut hoc ipso alliceremus magis juventutem ad cognitionem eorum quæ necessaria studiis arbitramur, si ducti jucunditate aliqua lectionis, libentius discerent ea, quorum ne jejuna atque arida traditio averteret animos, & aures præsertim tam delicatas raderet, verebatur. ³ qua ratione se Lucretius dicit præcepta philosophiæ carmine esse complexum: nanque hac, ut est notum, similitudine utitur:

³ *Ac veluti pueris absinthia tetra medentes*

Cum dare conantur, prius oras pocula circum

Aspirant mellis dulci flavoque liquore, ⁴ & quæ sequuntur.

⁵ Sed nos veremur ne parum hic liber mellis, & absinthii multum habere videatur, sitque salubrior studiis quam dulcior. Quin etiam hoc timeo, ne ex eo minorem gratiam ineat, quod pleraque non inventa per me, sed ab aliis tradita, continebit: habeat etiam quosdam qui contra sentiant & adversentur, propterea quod plurimi auctores quanvis eodem tenderent, ⁶ diversas tamen vias munierunt, atque in

¹ *Et aures præsertim tam delic. raderet.]* Imitatus videtur illud ex Satyr. i Perli: *teneras mordaci radere vero Auriculas.* Pith.

² *Qua se ratione Lucretius.]* Auctoritas Lucretii non tam ad confirmationem quam ad exornationem additur. Scribit porro Lucretius se philosophiæ præcepta, Romanis incognita & subamara, suavitate carminis condire. *Absinthium* herba est insigni amaritie prædita, sed eadem tamen est salubris. Foliis est incanis, multipliciter fissis: vulgo *aluinam* dicimus ejus speciem, quam appellant, *absinthium ponticum.* Turneb.

³ *Ac velut, &c.]* Versus hi Lucretiani existant. l. i. v. 93. & c. & l. 4. v. 11. & seqq.

Videatur & Goldastus in notis suis ad Columbanum p. 155. & c. & Rittersh. Comment. ad l. xxiiii. de reg. Jur. p. 18.

⁴ *Et quæ sequuntur.]* Ita ego, inquit Lucretius, philosophiæ austeritatem volui carminis lepore condire, ne tu ô Memmi ab ea abhorreres. Turneb.

⁵ *Sed nos veremur, &c.]* Opportunè capta occasione ex versibus Lucretianis, verborum intellectum in allegoriam detorsit. per *absinthium* autem significavit molestiam, sed tamen salubrem. nam hæc herba saluberrima est, ejusque succum victor latinis feriis bibebat sanitatis argumentum. Idem.

⁶ *Diversas tamen vias munierunt.]*

in suam quisque induxit sequentes. Illi autem probant quaecumque ingressi sunt iter: nec facile inculcatas pueris persuasiones mutaveris, quia *nemo non didicisse mavult, quam discere*. Est autem, ut procedente libro patebit, infinita dissensio auctorum, primo ad ea quæ rudia atque imperfecta adhuc erant, adjicientibus quod invenissent scriptoribus: mox, ¹ ut aliquid sui viderentur afferre, etiam recta mutantibus. ² Nam primus post eos ³ quos poëtæ tradiderunt, movisse aliqua circa rhetoricen ⁴ Empedocles dicitur. Artium autem scriptores antiquissimi, ⁵ Corax & Tisias Siculi: quos insecutus est vir ejusdem insulæ ⁶ Gorgias Leontinus, Empedoclis (ut traditur) discipulus. Is beneficio longissimæ ætatis (nam centum & novem vixit annos) ⁷ cum multis simul floruit: ideoque & illorum de quibus supra dixi, fuit æmulus, & ultra Socratem usque duravit. ⁸ Thrasymachus ⁹ Chalcedonius cum hoc, & ¹⁰ Prodicus Cæ-

jus,

Non aliter quam in philosophia diversæ sunt sectæ, ita quoque diversæ fuerunt in rhetorica. hinc nonnulli *Apollodori* appellati sunt, nonnulli *Theodori*. Idem.

¹ *Ut aliquid sui viderentur afferre.*] Erasmus lib. 2. Ecclesiastæ, maximam ait doctrinarum esse labem, cum pleræque scribuntur ad ingenii magis ostentationem quam ad usum accommodata, potissimum hac in parte & rhetorices traditione. Idem.

² *Nam primus post.*] Auctorum tum Græcorum, tum Latinorum elenchus docet, quo pacto sensim *rhetorica* in artem sit redacta. hic quoque ostendit Fabius mirum ingenii sui candorem, qui eos nominet per quos profecerit: ac indicat quoque se post eos *de rhetorica* scribere posse. Idem.

³ *Quos poëta tradiderunt.*] Ut erant *Nestor*, *Ulysses*, *Phœnix*, qui Achillis præceptor erat & agendi & loquendi optimus: & quos facit in calatura clypei Achillis de eloquentia certantes *Homerus*. Idem.

⁴ *Empedocles.*] *Agrigentinus*, Parme-

nidis auditor: & qui (ut ait Aristotel.) *πρωτὸν ἔειπε τὴν ῥητορικὴν*. Idem.

⁵ *Corax & Tisias.*] Primus *Corax* & ejus discipulus *Tisias* præcepta scripserunt de exordio, narratione, cæterisque partibus: quæ tamen erant aliquanto impolitiora. Vide *Cicer.* in lib. de clar. orat. Idem.

⁶ *Gorgias Leontinus.*] A *Leontio* Sicilia oppido. Hunc *Philostratus* ait veteris sophistica inventorem fuisse, primumque extemporali facultate esse usum, cum fama *Prodicti* moveretur. de hoc fufius vide apud *Cic.* Idem.

⁷ *Cum multis.*] Quos *Plato* in *Gorgia* enumerat. Idem.

⁸ *Thrasymachus.*] *Philostratus* *Thrasymachum* negat annumerandum esse sophistis: quod ex *Platone* probat. fuit autem ex *Chalcedone* Asia urbe, opposita *Constantinopoli*. hujus fufissime meminit *Plato* in *Phædro*, *Gorgia*, & alibi. Idem.

⁹ *Chalcedonius.*] Vide *Gellium* lib. 5. cap. 10.

¹⁰ *Prodicus Cæjus.*] Hujus meminerunt *Plato*,

Plato,

jus, & Abderites ¹ Protagoras, à quo ² decem millibus denariorum didicisse artem quam edidit, ³ Euathlus dicitur: & ⁴ Hippias Eleus, & quem *Palamedem* Plato appellat, ⁵ Alcidas Eleates. ⁶ Antiphon quoque & orationem primus omnium scripsit, & nihilominus artem ipse composuit, & pro se dixisse optime est creditus: etiam ⁷ Polycrates, à quo scriptam in Socratem diximus orationem: & ⁸ Theodorus Byzantius, ex iis & ipse quos ⁹ Plato appellat ¹⁰ λογισταίτες. Horum, primi ¹¹ communes locos tractasse dicuntur, Protagoras, Gorgias, Prodicus, & Thrasymachus. ¹² Cicero in Bruto negat ante Periclem scriptum quicquam

Plato, Cicero, Philostratus, Suidas, ab insula Jovis quæ κέως, à qua gentile κεί. discipulus hic fuit Protagoræ, & ob corruptam institutionem Athenis cicutam bibere coactus est. *Turneb.*

¹ *Protagoras Abderites.*] Ab *Abdera* Thraciæ urbe; cujus copiose meminit Plato, & Cic. 1. de orat. *Idem. Protagoras, Euathlus.*] Vide Agellium lib. 5. c. 3. & 10. Mosellan. p. 122. & Joh. Baptist. Pium Annotat. cap. 83. p. 482. Lamp. Critic. part. 1.

² *Decem millibus denariorum.*] Philostratus refert *Protagoram* primum mercede artem docere cœpisse. Porro *denarius* valet quaternos caroleos & binos turonicos. hæc igitur summa efficit mille aureos coronatos. Vide Gellium lib. 2. c. 17. & Apuleium Floridorum 2. *Turneb.*

³ *Euathlus dicitur, &c.*] Vide Joh. Bapt. Pii Annotat. poster. cap. 73.

⁴ *Hippias Eleus.*] Ab *Elide* Peloponnesi urbe, cujus gentile *Eleus*. Hic, ut ait Philostratus, rhetor fuit & philosophus, sermonibusque suis admisit *geometriam, musicam, astrologiam*, ceterasque artes. hujus meminit Plato in *Phædro* & *Protagora*. *Turneb.*

⁵ *Alcidas Eleates.*] Ab *Elea* urbe Asiæ, quem Plato vocat *Palamedem* in *Phædro*. *Idem.*

⁶ *Antiphon.*] *Rhamnusus* nobilis & doctus, Periclis & Socratis Thucydidi-

que præceptor, ut ait *Plato* in *Menexemo*. Meminit hujus & *Cicero* in *Bruto*. hunc primum scribit orationem scripsisse, vel quod superiores *sophistæ* locos duntaxat illustres de virtutibus & vitiis erant complexi, vel quod hic primus orationem *judicialem* scripsit, cum *Gorgias* versatus esset in *demonstrativo* duntaxat genere. *Idem.*

⁷ *Polycrates.*] *Polycrates Atheniensis* ob paupertatem coactus est *sophisticam* exercere in *Cypro*. scripsit, ut lib. 2. ait *Fab.* laudem *Buſyridis* & *Clytemnestra*, & in *Socratem* delatoriam orationem. Quem in laude *Buſyridis* reprehendit *Isocrates*. *Idem.*

⁸ *Theodorus Byzantius.*] Hic artem scripsit, quam ut jejunam & aridam exagitat *Plato* in *Phædro*. *Idem.*

⁹ *Plato.*] Lib. 2. cap. 17. in *Phædro* & *Cicer.* in *Orat.*

¹⁰ *Λογισταίτες.*] *Plato* in *Phædro* ita *sophistas* appellat, quod orationem nimis picturarent & expolirent, & quædam versiculis similia scriberent. ductum est à *Dædalo*, à quo quicquid est elaboratum & affabre factum, *Dædalæum* appellatur. *Idem.*

¹¹ *Communes locos.*] Id est, illustres de vitiis & virtutibus disputationes: ut testatur *Cic.* in *Bruto*, & *Arist.* in fine *elenchorum*: quod eis vitio dat. *Idem.*

¹² *Cic. in Bruto.*] Item & ad *Q. fratrem* ait antiquissimos esse quorum ex-

quam quod ornatum oratorium habeat: ejus aliqua ferri. Equidem non reperio quicquam tanta eloquentiæ fama dignum: ideoque minus miror esse qui nihil ab eo scriptum putent: hæc autem quæ feruntur, ab aliis esse composita. His succedere multi, sed clarissimus Gorgia auditorum, ¹ Isocrates, quanquam de præceptore ejus inter auctores non convenit. nos autem Aristoteli credimus. ² Hinc velut diversæ secari cœperunt viæ. Nam & Isocratis præstantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere: eoque jam seniore (octavum enim & nonagesimum implevit annum) ³ pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit, noto quidem illo (ut traditur) versu ⁴ ex Philocteta frequenter usus,

Αἰσχρὸν σιωπᾶν μὲν, καὶ Ἰσοκράτῳ ἔσθ' ἔργον.

Turpe esse tacere, & Isocratem pati dicere.

Ars est utriusque, sed pluribus eam libris ⁵ Aristoteles com-

com-

ment opera, *Periclem* & *Alcibiadem*. Quanquam Fab. à Cicerone dissentiat, hac potissimum ratione, quod non habeant ea fulmina quæ illi etiam cum reprehendunt, tribuunt prisca Comœdia auctores *Eupolus* & *Aristophanes*, quorum ille impressos aculeos reliquisse dicit: hic, totam Græciam miscuisse fulminando. *Idem*.

¹ *Isocrates.*] De quo sic Dionysius, *ἐγένετο δ' ἀκροῦτος ἀποδιδῆσθαι καὶ τῶν ἰσοκράτους καὶ λειοντίου, καὶ πρὸς συρρακισίαν, ὡς ἵππες ἰσορροποῦσι καὶ ἡερμῶν καὶ ῥήτορες*. Unde colligas non omnes de præceptore ejus consentire, eademque tradere. *Aristoteles*, qui cum hoc vixit, Gorgia discipulum facit, ideoque tutius in ejus ire sententiam. annos vixit 98. secundum Dionysium, & Philostratum. Cic. in dubium relinquit, prope centum vixisse scribens, in Bruto. *Idem*.

² *Hinc velut diverse, &c.*] Nam alii secuti sunt hæresin *Isocratis*, alii hæresin *Arist.* qui de rhetorica etiam scripsit. Id quod elegantissime Cic. 3. de orat. enar-

rat. *Idem*.

³ *Pomeridianis scholis.*] *Aristotel.* *ἀκροῦσι μὲν ἡμέρῃ*, id est auscultatoria mane docebat: *ἐξωπτηλεῖν* vero, id est externa, pomeridiano tempore. hoc eleganter Cicero tertio de Oratore fusius enarrat. *Scholas* autem dicit dissertationes, disputationes, & præceptiones. *Scholas* enim Græci proprie dicunt, non tam ludum literarium quam disputationes, prælectionesque, & id genus alia, ut ex 1. Tuscul. Cic. manifestum est. *Idem*.

⁴ *Ex Philocteta.*] Annotant hunc versum in *Philocteta* esse Sophoclis, cum illic nusquam reperitur. Porro in illa tragœdia ait *Philoctetes sibi turpe esse tacere, cum barbari loquantur*. Qui versus *πρωδικῶς* & ex alio sensu in hunc deflexus est, paucis immutatis: *αἰσχρὸν σιωπᾶν μὲν, καὶ Ἰσοκράτῳ ἔσθ' ἔργον*. Quem vertisse Fabium non putarim. *Idem*.

⁵ *Aristoteles.*] Tres libros scripsit de *Rhetorica*, item ad *Alexandrum*, & *Gryllum*. *Idem*.

I Comple-

¹ complexus est. Eodem tempore Theodectes fuit, de cujus opere supra dictum est. ² Theophrastus quoque Aristotelis discipulus de *rhetorice* diligenter scripsit: atque hinc vel studiosius philosophi quam rhetores, præcipueque ³ Stoicorum ac ⁴ Peripateticorum principes. Fecit deinde velut propriam ⁵ Hermagoras viam, quam plurimi sunt secuti: cui maxime par atque æmulus videtur ⁶ Athenæus fuisse. Multa post ⁷ Apollonius Molon, multa ⁸ Areus, multa ⁹ Cæcilius & Halicarnasseus Dionysius. Præcipue tamen in se converterunt studia ¹⁰ Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apolloniæ Cæsaris Augusti fuit: & ¹¹ Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium: quem studiose audisse, cum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Cæsar.

¹ *Complexus.*] Lib. 2. cap. 15.

² *Theophrastus.*] Qui auctore Laërt. *ἡ δὲ ῥητορικὴ α, καὶ ἡ δὲ ῥητορικὴ τὴν ῥητορικῶν εἰδήσεων*, scripsit. hunc nonnunquam etiam in rhetoricis præceptis citat Dionysius Halicarnasseus. *Turneb.*

³ *Stoicorum.*] Ut Chrysippus, Cleanthes, Zeno, Diogenes. *Idem.*

⁴ *Peripateticorum.*] Aristoteles, Theophrastus, Demetrius Phalereus, cujus nomine circumfertur hodie libellus de *interpretatione oratoria*, sed nescio an tanto viro dignus. *Idem.*

⁵ *Hermagoras.*] Hic *Hermagoras* est senior, cujus præcepta imitatus est Cicero in libro de *Inventione*. *Turnebus.*

⁶ *Athenæus.*] Hic Athenæus Peripateticus fuit philosophus, qui Romæ tempore Augusti vixit, & cum *Muræna* in *Augustum* conjuravit: postea collapsu ædium interfectus est. vide Strabonem libro 14.

⁷ *Apollonius Molon.*] Cui se Cicero recoquendum dedit. Meminit hujus Cic. multis locis. *Idem.* *Apollonius Molon.*] Sueton. in *Cæsarib.* lib. xi. cap. 6. At Strabo lib. xiv. duos *Apollonios* facere videtur, *Mollem* & *Molonem*. Et

Mollem quidem sive *μελαγχὸν* Alabandensem: unde Cicero ipse doctorem suum oriundum fuisse testatur, non *Molonem*. *Pithœus.*

⁸ *Areus.*] Hujus miminit *Fabius* libro 2. *Turneb.*

⁹ *Cæcilius.*] *Cæcilius* ex Calantide fuit urbe, vixit tempore Augusti Cæsaris, Romæque rhetoricam professus est. eum citat aliquoties *Dionysius Halicarnassius*. prius *ῥητορικὸς* dictus, sed nomen Romanum assumpsit. *Idem.*

Cæcilius.] Hic est Cæcilius Rhetor Siculus, qui Romæ floruit, æqualis & amicus Dionysii Halicarnasseo. Vide Casauboni *Animadv.* in Athenæum lib. 6. cap. 25.

¹⁰ *Apollodorus Pergamenus.*] *A Pergamis Phrygiæ.* *Idem.* *Apollodorus Pergamenus.*] Vide Strabonem lib. 17.

¹¹ *Theodorus Gadareus.*] *A Gadara Syriæ urbe.* *Turn.* *Theodorus Gadareus.*] Dicitur *Gadareus*, à *Gadaribus*, civitate Syriæ, quam Judæi sibi vendicarunt. De hoc Theodoro intellexit Juvenalis illo versu: *Artem sciens Theodori.* Philipp. Beroald. Annotat. p. 240. *Lamp. Critic. Part. 1.* *Stéphanus Gadareus* legendum cenfer, à *Gadara* civitate *Palæstinæ*. *Pareus.*

Cæsar. ¹ Hi diversas opiniones tradiderunt, appellatique inde *Apollodori* & *Theodori*, ad morem certas in philosophia sectas sequendi. Sed Apollodori præcepta magis ex discipulis cognoscas: quorum diligentissimus in tradendo Latine fuit C. Valgius, Græce ² Atticus. Nam ipsius sola videtur ars edita ³ ad Matium, quia cæteras missa ad Domitium epistola non agnoscit. Plura scripsit Theodorus, cujus auditorem ⁴ Hermagoram sunt qui viderint. Romanorum primus (quantum ego quidem sciam) condidit aliqua in hac materia. M. Cato ille Cenforius, post ⁵ M. Antonius inchoavit. Nam hoc solum opus ejus, atque id ipsum imperfectum manet. Secuti minus celebres, quorum memoriam si quo loco res poscet, non omittam. Præcipuum vero lumen sicut eloquentiæ, ita præceptis quoque ejus dedit unicum apud nos specimen orandi, docendique, oratorias artes, M. Tullius: post quem tacere modestissimum foret, nisi & rhetoricos suos ipse adolescenti ⁶ sibi elapsos diceret, & in oratoriis ⁷ hæc minora, quæ plerique desiderant, sciens

¹ *Hi diversas.*] Apollodorus pauca scripsit *de rhetorica*, quanquam sub ejus nomine nonnulli ferebantur libri. ejus igitur placita, discipuli literis mandarunt. Hujus Valgii meminit *Macrobius* in *Satur.* & *Fabius* 5. cap. lib. 3. Male *Evalgius* legit *Sabellicus*. *Turneb.*

² *Atticus.*] Hujus meminit *Suidas*, & *rhetorem* vocat. *Idem.*

³ *Ad Matium.*] Eam artem ad Matium Latine interpretatus est *Valgius*. *Idem.*

⁴ *Hermagoram.*] Hic alter est *Hermagoras* junior, qui sub Augusto floruit, cum Cæcilio rhetore, diuque postea (ut dicit *Suidas*) vixit. quocirca nonnulli senes tempore *Fabii* superstites eum videre potuerant. *Idem.* *Hermagoram.*] Aper in *Dialogo de Oratorib.* *Hermagora* & *Apollodori* libros aridissimos vocat. Videtur *Fabius* hoc loco duos *Hermagoras* facere: priorem, qui

velut propriam sibi viam in arte fecit,

cui postponit *Apollonium*: & alterum *Theodori* *Gadaraei* discipulum, de quo *Suida* locus accipiendus; qui eum sub Augusto vixisse scribit. Sane eum cujus in *Oratore* *Cic.* meminit antiquiorem fuisse verosimilius est. Vide infra lib. 7. cap. 5. 75. 36. *Strabon.* lib. XIII. *Pitheæus.*

⁵ *M. Antonius.*] *Antonius* orator exilem, ut *Cicero* inquit, libellum de arte dicendi scripsit: quem librum *Antonius* sibi excidisse dicit. *Turneb.*

⁶ *Sibi elapsos diceret.*] *Cicero* libro primo *de Oratore*, suos rhetoricos appellat rudes & impolitos commentarios. venuste autem dicit, eos sibi elapsos, ducta metaphora ab his quæ nobis imprudentibus excidunt, & ad manus hominum veniunt. *Idem.*

⁷ *Hæc minora.*] *Cicero* in epistola ad *Lentulum* ait, in libro *de Oratore* se abhorruisse à communi præceptorum ratione, & *Aristotelica* ac *Isocratica* se complexum esse. *Idem.*

sciens omisisset. Scripsit de eadem materia non pauca ¹ Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil ² pater Gallio: accurate vero priores Gallione Celsus & Lenas, & ætatis nostræ ³ Virginius, ⁴ Plinius, ⁵ Rutilius. ⁶ Sunt & hodie clari ejusdem operis auctores: qui si omnia complexi forent, consulissent labori meo: sed parco nominibus viventium, ⁷ veniet eorum laudi suum tempus: *ad posteros enim virtus durabit, non perveniet invidia.* Non tamen post tot ac tantos auctores pigebit meam quibusdam locis posuisse sententiam. ⁸ Neque enim me cujusquam sectæ, velut quadam superstitione imbutus, addixi: & electuris quæ volent faciendæ copia fuit, sicut ipse plurimum in unum confero inventa, ubicunque ingenio non erit locus, curæ testimonium meruisse contentus.

CAP.

¹ *Cornificius.*] Cornificii oratoris meminit Cicero lib. 12. epist. famil. Hic est qui scripsit *rhetoricam ad Herennium*, ut apparet ex Fabio, ubi agit de *traditione, gradatione, & licentia*, & aliis quoque locis. *Idem.*

² *Pater Gallio.*] Cornelius Tacitus *Gallionem oratorem* numerat, cujus tinnitum taxat. idem de *rhetorica* scripsit. fuit & ejus filius orator. *Idem.*

³ *Virginius.*] *Virginium* deinceps crebro citabit Fabius. hic autem perit sub Trajano, quo tempore nonnulli editum à Fabio hoc opus ajunt. *Idem.*

⁴ *Plinius.*] Qui reliquit 36. libros in sex libros divisos & contractos propter amplitudinem, in quibus oratorem ab incunabulis instituit & perfecit. *Idem.*

⁵ *Rutilius.*] Hunc sæpe in figuris citat Fabius, ejusque ad nos de *schematibus* libellus pervenit. *Idem.*

⁶ *Sunt & hodie.*] Valla hoc de *Aquila Romano* intelligendum esse putat. Alii de *Plinio* juniore hæc intelligunt, aut de *Tacito*, qui dialogum de *Oratore* composuit. *Idem.*

⁷ *Veniet eorum laudi suum tempus.*] *Post cineres enim*, ait poëta, *gloria certa venit: & Majus ab extincto nomen in ora venit.* *Idem.*

⁸ *Neque enim me.*] Cicero docet nihil tam contrarium esse & adversum veritati inveniendæ, quam certam opinionem & sectam sectari. quocirca commendat Academicos, qui hac superstitione liberati, de rebus libere judicabant & disceptabant. *Idem.*

Ea quæ

C A P. II.

Quod initium Rhetorices.

² **N**E c diu nos moretur quæstio, quæ *rhetorices* origo sit. Nam cui dubium est, quin sermonem ab ipsa rerum natura geniti protinus homines acceperint? (quod certe principium est ejus rei) huic studium & ¹ incrementum dederit *utilitas*, summam *ratio* & *exercitatio*? ² Nec video quare curam dicendi putent quidam inde cœpisse, quod ii qui in discrimen aliquod vocabantur, accuratius loqui defendendi sui gratia instituerint. Hæc enim ut honestior causa, ita non utique prior est: cum præsertim *accusatio* præcedat *defensionem*: nisi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius qui ferrum in tutelam sui, quam qui in perniciem alterius comparavit. *Initium ergo dicendi dedit natura: initium artis, observatio.* Homines enim sicut in medicina cum viderent alia salubria, alia insalubria, ex observatione eorum effecerunt artem: ita cum in dicendo alia utilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum vitandumque, & quædam ³ secundum rationem eorum ⁴ adjecerunt ipsi quoque: hæc confirmata sunt usu: tum quæ sciebat quisque, docuit.

Cicero

FA quæ solet ars consummare, initium ducunt à *natura*, ut rhetorice à *sermone naturali*, cujus facultas à sermone fluxit, deinde *cura* & *studio* amplificata est. ars vero ex observatione (quam *rationem* Fabius vocat) & *experientia*: demum *exercitatione* est amplificata & consummata. Aliam affert originem Aristides in defensione eloquentiæ contra Platonem, sed nostro proposito non convenientem, à Jove per Mercurium rhetoricam hominibus esse datam. Turneb.

¹ *Incrementum dedit utilitas.*] *Utilitas* quæ comparatur ex causarum actione, fecit ut homines studiosius loquerentur. jam studium peperit *rationem* & *observationem*, à qua manat ars, cui ad-

data *exercitatio* omnia consummavit, quæ ab aliis *usus* dicitur, optimusque loquendi artifex, dicendique magister. Idem.

² *Nec video.*] Confutat eorum opinionem qui existimarunt *dicendi curam* & *eloquentiam* ab iis prius sumpsisse initium, qui accusati sui tutandi gratia accuratius loquerentur. quod similitudine subjecta comprobatur. Idem.

³ *Secundum rationem.*] Καὶ τὸ ἀναλογίαν.

⁴ *Adjecerunt ipsi quoque.*] Cicero quoque testatur, non *eloquentiam* ex artificio, sed *artificium* ex eloquentia ortum esse, cum ea quidam observarent quæ disertis homines in causis facerent. Turneb.

1 Cicero

¹ Cicero quidem initium orandi conditoribus urbium ac legum latoribus dedit: in quibus fuisse vim dicendi necesse est: cur tamen hanc primam originem putent, non video, cum sint adhuc quædam vagæ & sine urbibus ac sine legibus gentes, & tamen qui sunt in his nati, & legationibus fungantur, & accusent aliqua ac defendant, & denique alium alio melius loqui credant.

¹ Cicero quidem.] Hic Cicero non tam anxie tribuit legum & urbium conditoribus eloquentiæ originem, quam per eam leges urbesque conditas esse vult. quod ad eloquentiæ laudem non parum videbat pertinere. Idem. Cicero quidem.] In prologo rhetoricorum veterum.

C A P. III.

Quinque esse partes Rhetoricæ.

Omnis autem orandi ratio, ut plurimi maximique ³ auctores tradiderunt, quinque partibus constat, inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione sive actione: ¹ utroque enim modo dicitur: ² Omnis vero sermo, quo quidem ³ voluntas aliqua enuntiatur, habeat necesse est & rem, & verba. ⁴ Ac si est brevis, & una conclusione finitus, nihil fortasse ultra desideret: at oratio longior plura exigit. Non enim tantum refert, quid, & quomodo dicamus, sed etiam quo loco: opus ergo est dispositione. Sed neque omnia quæ res postulat, dicere, neque suo quæque loco poterimus, nisi adjuvante memoria. quapropter ea quo-

Hoc capite secundam propositionis partem exequitur, ac numerum partium asserit quibus constat omnis ratio dicendi. eos qui plures aut pauciores quam quinque ponunt, reprehendit: eos item arguit, qui rhetorices opera, & opera oratorum, elementaque eloquentiæ esse dicebant. vide Erasmi. l. 2. Ecclesiastæ. Turneb.

¹ Utroque enim modo.] Actio, à motu corporis: pronuntiatio, à voce. Idem.

² Omnis vero sermo.] Confirmatio est partium per methodum compositivam,

quæ ab elementis proficiscitur, & tandem omnes componit partes. Idem.

³ Voluntas aliqua enuntiatur.] Hoc dicit propter orationes imperfectas, quæ voluntatem & sensum non aperiant, ut, Socrates cum Platone. Perfectæ vero voluntatem enunciant: ut, Socrates ambulat. Idem.

⁴ Ac si est brevis.] Quemadmodum apud dialecticos est enunciatio quæ nomine & verbo constat: ut, Socrates currit, Voluptas non est summum bonum. Idem.

¹ Albu-

ea quoque pars quarta erit. Verum hæc cuncta corrumpit ac propemodum perdit indecora vel voce vel gestu *pronuntiatio*. Huic quoque igitur tribuendus est necessario quintus locus. Nec audiendi quidam, quorum est ¹ Albutius, qui treis modo primas esse partes volunt, quia ² *memoria* atque *actio* natura, non arte contingat: quarum nos præcepta suo loco dabimus: licet Thrasymachus quoque idem *de actione* crediderit. His adjecerunt quidam sextam partem, ita ut inventioni *judicium* subnecterent, quia primum esset *invenire*, deinde *judicare*. Ego porro ne invenisse quidem credo eum, qui non judicavit. nec enim contraria, communia, stulta, invenisse dicitur quisquam, sed non vitasse. ³ Et Cicero quidem in Rhetoricis *judicium* subjecit inventioni: mihi autem adeo tribus primis partibus videtur esse permistum, (⁴ nam neque *dispositio* sine eo, neque *elocutio* fuerit) ut *pronuntiationem* quoque vel plurimum ex eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim, quod in partitionibus oratoriis ad easdem de quibus supra dictum est, quinque pervenit partes. Nam cum dupliciter primum divisisset,

¹ *Albutius.*] *Albutius Novariensis* imperante Augusto Romam venit, ac in contubernium Planci est receptus, scholamque Romæ aperuit, & *rhetoricam* illic est professus. meminit hujus Seneca in declamationibus & controversiis. *Idem.*

² *Memoria atque actio natura.*] Cic. de Orat. *Memoriam* & *actionem* maxime naturales esse putat, *artem* tamen adhiberi. Itaque duplex est *memoria*, *naturalis*, & *artificialis*, quam Simonides reperit, constatque locis & imaginibus. Itidem duplex est *pronuntiatio*, *naturalis*, & ea quæ artificio comœdi, palæstrici, phonasci nobis accedit. *Idem.*

³ *Et Cicero quidem.*] Id est, sub illo complectitur, ut in *lib. 1. de Oratore*: Nam & *invenire* & *judicare* quid dicas, magna illa quidem sunt, tanquam animi instar de corpore: sed propria magis

prudencia quam *eloquentia*. Et paulo post, *Judicium* ergo adhibebit: nec inveniet solum quid dicat: sed etiam expendet. Ex quibus apparet *inventionem* & *judicium* tanquam sibi invicem esse subiecta, aut potius in unum corpus coaluisse: ut male sentiant qui hic, *Topicis*, respondent, quod ibi dicat Cicero, omnis ratio diligens differendi duas habet partes, unam *inveniendi*, alteram *judicandi*, &c. cum hic non de numero partium disputet, sed longe aliud agat. Nominem autem *judicium* quid intelligamus, fuisse Rodolphus Agricola exponit. *Idem.*

⁴ *Nam nec dispositio sine eo.*] Quod & Cicero testatur libro primo *de Orat.* de his quinque partibus loquens, ut deberet reperire primum quid diceret, deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque *judicio* dispensare atque disponere. *Idem.*

¹ *Dion.*]

set, in inventionem atque elocutionem: res ac dispositionem inventioni, verba & pronuntiationem elocutioni dedit: quintamque constituit communem, ac velut custodem omnium, *memoriam*. Idem in oratore, quinque rebus constare eloquentiam dicit: in quibus postea scriptis certior ejus sententia est. Non minus mihi cupidi novitatis alicujus videntur fuisse, qui adjecerunt *ordinem*, cum dispositionem dixissent: quasi aliud sit dispositio, quam rerum ordine quamoptimo collocatio. ¹ Dion inventionem modo & dispositionem tradidit, sed utranque duplicem, rerum, ac verborum, ut sit elocutio inventionis, pronuntiatio dispositionis: his quinta pars *memoria* accedat. Theodorei fere inventionem duplicem, *rerum*, atque *elocutionis*, deinde treis cæteras partes. Hermagoras, *judicium*, *partitionem*, *ordinem*, quæque elocutionis sunt, ² subjicit *œconomia*, quæ Græce appellata ex cura rerum domesticarum, & hîc ³ per abusivam posita, nomine Latino caret. ⁴ Est & circa hoc quæstio, quod *memoriam* in ordine partium quidam *inventioni*, quidam *dispositioni* subjunxerunt: nobis quartus ejus locus maxime placet. Non enim inventa tantum

¹ Dion.] Dion hic est Bryseus, qui à divina eloquentia Chrysostomus est appellatus, idem philosophus & rhetor insignis. vixit fere ætate Fabii, & jam senior à Trajano honoratus est, ut videatur hoc opus editum esse Trajano imperante, non Domitiano. Idem.

² Subjicit œconomia.] Oeconomia domus significat dispensationem, sed per catachresin in oratione & poemate significat aptam quandam dispositionem & consonam, quæ efficit ut priora cum posterioribus quadrent. Sulpitius tamen Victor *œconomiam* appellat, dispositionem artificialem, *ordinem* vero dispositionem naturalem. Idem.

³ Per abusivam.] Κατὰ τὴν ἰσχυρίαν.

⁴ Est etiam circa.] Pars est altera totius capitis, qua breviter monet, quo

ordine partes hæ sibi succedant. Cicero in *Part.* quintam facit *memoriam*: atque hanc videtur secutus rationem, quod etiam meditemur quo modo decora pronuntiatione utamur: sin autem ultimum oratoris officium respiciamus, postrema actio erit *pronuntiatio*. atque hanc sequitur rationem *Fabius*, quæ naturalis est. Cicero in aliis libris variat: in *primo de Oratore* nunc quartam nunc ultimam constituit. Et certe si *pronuntiatio* est ultima actio, jure postrema erit. Si vero est id quod ad actionem decoram excogitaveris & memoriæ mandaveris, merito præcedet. Itaque mihi videtur aliquid habere quod memoriæ committas, & rursus aliquid in ore & membris, quod sit memoria posterius. Sic *Jacobus Lodoicus* hunc locum ut nos discussit. *Turneb.*

tum tenere ut disponamus, nec disposita ut eloquamur, sed etiam verbis formata memoriæ mandare debemus. Hac enim omnia quæcunque in orationem collata sunt, continentur. ¹ Fuerunt etiam in hac opinione non pauci, ut has non *Rhetorices* partes esse existimarent, sed opera oratoris: ejus enim esse invenire, disponere, eloqui, & cætera. Quod si accipimus nihil arti relinquemus. Nam *bene dicere est oratoris*: Rhetorice tamen est bene dicendi scientia: vel, ut alii putant, artificis est persuadere: vis autem persuadendi, artis. Ita *invenire* quidem & *disponere*, oratoris: *inventio* autem & *dispositio*, Rhetorices propria videri potest. In eo plures dissenserunt, utrumne hæ partes essent Rhetorices, an ejusdem opera, an (ut Athenæus credit) ² elementa quæ vocant *στοιχεῖα*. Sed neque *elementa* recte quis dixerit: alioqui tantum initia erunt, ut mundi vel humor, vel ignis, vel materia, vel corpora infecabilia: nec operum recte nomen accipient, quæ non ab aliis perficiuntur, sed aliud ipsa perficiunt. Partes igitur. Nam cum sit ex his rhetorice, fieri non potest, ut totum ex partibus constet, nisi sint partes totius, ex quibus constet. Videntur autem mihi qui hæc opera dixerunt, eo quoque moti, quod in alia rursus divisione nollent in idem nomen incidere. Partes enim rhetorices esse dicebant *laudativam*, *deliberativam*, *judicialem*. ³ Quæ si partes sunt, materiæ sunt potius quam artis. Nanque

¹ *Fuerunt etiam.*] Accedit ad partem tertiam, quæ erat de nomine partium rhetorices, *opera artis*, an *officia*, an *elementa* recte vocentur. hic occurrit Fabius prius illato incommodo, deinde ambiguum distinguit, colligit alio & alio intellectu partes & officia dici posse. In hac etiam sententia est *Fortunatianus*, qui partes appellat officii oratoris. possunt autem dupliciter accipi, vel ut rationes sunt quæ *inveniendi* & *disponendi*, &c. præceptiones docent, ac tum artis Partes sunt: vel ut in quodam sunt actu, ac tum sunt *officia ora-*

toris. Idem.

² *Elementa.*] *Elementum* rem tantum inchoat, non etiam absolvit, & consummat, cum præsertim sit tanquam quædam materia: at *inventio* & *dispositio* totam conficiunt artem & absolunt. *Idem*.

³ *Quæ si partes sunt.*] Cum sit rhetorice materia, *res* de qua dicere potest, quæ continetur *laudationibus*, *deliberationibus*, *judiciis*, merito sunt hæ partes materiæ, non artis, & circa singulas artem explicat orator, quemadmodum circa materiam statuarius. Nam tota rhetorica

que in his singulis rhetorice tota est, quia & inventionem, & dispositionem, & elocutionem, & memoriam, & pronuntiationem quæcunque earum desiderat. Itaque quidam ¹ genera ea tria rhetorices dicere maluerunt: optime autem ² ii, quos ³ secutus est Cicero, qui genera causarum.

rhetorica & eius quinque partes sunt in quaque earum, nec ulla sine his tractari potest. *Idem.*

¹ *Genera tria rhetorices.*] Hæc est opinio Arist. libro primo ad Theod. ubi ait, tria esse τῆς ῥητορικῆς εἶδη, hoc est species seu formas, ut vulgo dicimus Absinthii tria esse genera. *ibidem* & alibi γένη quoque dicit. quanquam in

rhetorica ad Alexandrum tria genera orationum appellat, non ut Philelphus transtulit, tria genera civilium causarum. *Idem.*

² *Secutus est Cicero.*] In Top. Partit. & lib. I. de Orator. cujus tandem auctoritate hanc comprobaram inscriptionem relinquit. *Idem.*

C A P. IV.

Tria esse genera causarum.

SE D tria an plura sint, ambigitur. Nec dubie prope ⁴ Somnes utique summæ apud antiquos auctoritatis scriptores ¹ Aristotelem secuti, qui nomine tantum alio *concionalem* pro deliberativa appellat, hac partitione contenti fuerunt. Verum & tum leviter est tentatum, cum apud Græcos quosdam, tum ² apud Ciceronem in libris de oratore, & nunc ³ *maximo* temporum nostrorum auctore prope

M Ateriam definit lib. 2. quam nunc partitur: postisque variis opinionibus demum concludit tria esse causarum genera. Itaque initium sumit ab explicatione quaestionis, quasi post nominis dissectionem sola numeri restaret contentio. *Turneb.*

¹ *Aristotelem secuti.*] Aristoteles huius divisionis primus fuit auctor. in rhet. ad Alexandrum, τρεῖς, inquit, εἰσι γένη τῶν πολιτικῶν λόγων, τὸ μὲν δημοκρατικὸν, τὸ δὲ ἐπιδεικτικὸν, τὸ δὲ δικαστικόν: quæ eadem est divisio in primo rhet. nisi quod pro δημοκρατικῶν συμβουλευτικῶν ponit. appellat porro genus concionale, *deliberativum*, quia cum

esset apud Athenienses *democratia*, id est, populi potestas & dominatio, deliberationes fiebant in concionibus populi: quanquam interim in senatu quoque, ac tum appellatur συμβουλευτικόν, id est, *consultatorium*. *Idem.*

² *Apud Ciceronem.*] Cicero libro secundo de Orat. Antonium inducit contententem duo esse debere solum genera causarum, *deliberativum* & *iudiciale*. genus *demonstrativum* tollit, propterea quod raro per se tractatur in causis civilibus. *Idem.*

³ *Maximo temporum nostrorum auctore.*] *Plinium* opinor intelligit, qui, ut ait Plinius junior epistola quadam, sex

N libros

pe impulsum, ut non modo plura hæc genera, sed etiam pene innumerabilia videantur. ¹ Nam si *laudandi* ac *vituperandi* officium in parte tertia ponimus: in quo genere ver-
fari videbimur. ² cum *querimur*, *consolamur*, *mitigamus*, *con-*
citamus, *terremus*, *confirmamus*, *præcipimus*, *obsure dicta in-*
terpretamur, *narramus*, *deprecamur*, *gratias agimus*, *gratu-*
lamur, *objurgamus*, *maledicimus*, *describimus*, *mandamus*, *re-*
nuntiamus, *optamus*, *opinamur*, & plurima alia? ut mihi in
illa vetere persuasione permanenti, velut petenda sit venia:
quærendumque quo moti priores, rem tam late fusam, tam
breviter adstrinxerint. Quos qui errasse putant, hoc secu-
tos arbitrantur; quod in his fere verfare tum oratores vide-
bant. Nam & *laudes* ac *vituperationes* scribebantur, & ³ *ἐπι-*
φίσις dicere erat moris, & plurimum in consiliis ac iudiciis
insumebatur operæ, ut scriptores artium pro solis compre-
henderint frequentissima. ⁴ Qui vero defendunt, ⁵ tria fa-
ciunt

libros studiosorum scripsit, in quibus oratorem informabat. *Idem.*

¹ *Nam si laudandi.*] Erasmus in lib. de componendis epistolis, apte has species in tria causarum genera reducit. & alioqui cum non sint in tota oratione, sed in parte duntaxat, ad genus orationis in qua erunt reducentur. *Idem.*

² *Cum querimur, consol.*] Hæc omnia ideo *causarum genera* non sunt, quod suos fines intra fines causarum inclusos habeant, neque stent per se, sed cum aliis immisceantur. *Idem.*

³ *Ἐπιφίσις.*] Sic appellantur *orationes funebres*, quod ad sepulchra & monumenta dicantur. Harum præcepta tradit Halicarnassæus in arte. Menander rhetor porro scribit consuetudinem fuisse Athenis, ut quotannis oratio funebris in laudem mortuorum diceretur. quod abunde testatur Menexenus Platonis sive *ἐπιφίσιος*, in quo Periclem excelluisse ait, & Aspasiam rhetoricæ magistrum. Et Aristotel. I. *rhetor.* Periclem summum Græcorum principem inducit *ἐπιφίσιον* dicentem. &

apud Mausoleum Carix regis Mausoli sepulchrum, epitaphiis dicendis certarunt nobilissimi rhetores, Theodectes, Theopompus, ac junior Isocrates, auctore Gellio libro decimo cap. 18. quanquam Gellius quod dicat majorem Socratem in hoc certamen descendisse, error est ex amphibolia nominis, ut constat Suidam legenti. *Idem.*

⁴ *Qui vero defendunt.*] Hactenus oppugnavit eam opinionem, quæ tribus causarum generibus universam materiam conclusit: nunc quibus ea confirmari possit argumentis edocet, quæ valentiora sunt, & partim sua, partim aliena. *Idem.*

⁵ *Tria genera auditorum.*] Hæc divisio prima ex Aristotele est I. *Rhetor.* ἐστὶ δὲ τῆς ῥητορικῆς εἶδη τρία τὸ ἀεὶ μὲν τοσοῦτοι γὰρ οἱ ἀπαρῶναι τῶν λόγων ὑπάρχουσιν ὄντες, &c. Quam Cicero in *Part.* sequitur, *Auditorum*, inquit, *causam genere distingui*: nam aut auscultator est modo qui audit, aut disceptator, id est rei sententiæque moderator, ut aut delectetur, aut statuat aliquid. statuit

ciunt genera auditorum: unum quod ad delectationem conveniat, alterum quod consilium accipiat, tertium quod de causis judicet. ¹ Mihi cuncta rimanti, talis quædam ratio succurrit, quod omne oratoris officium aut *in judiciis* est, aut *extra judicia*. Eorum de quibus iudicio quæritur, manifestum genus est: ea quæ ad iudicem non veniunt, aut præteritum habent tempus, aut futurum. Præterita laudamus aut vituperamus, de futuris deliberamus. Item omnia de quibus dicendum est, aut certa sint necesse est, aut dubia. ² Certa, ut cuique est animus, laudat aut culpatur: ex dubiis partim nobis ipsis ad electionem sunt libera, de his deliberatur: partim aliorum sententiæ commissa, de his lite contenditur. ³ Anaximenes *judicialem & concionalem* generales

partes

statuit autem aut de præteritis, ut iudex: aut de futuris, ut senatus. Sic tria genera sunt, *iudicii, deliberationis, exornationis*. Quæ quia in laudationes maxime confertur, proprium habet jam ex eo nomen, &c. Totidem itaque erunt causarum genera, quot auditorum: at tria sunt auditorum, ut ex Cicerone manifestum est & Aristotele. *Idem.*

¹ *Mihi cuncta rimanti.*] Fabius suam sententiam nunc proponit, quam à diligentia commendat, quamque Cic. in *Partit.* imitatus est. sed uterque alio modo, & primo intuitu, contrario. Cicero enim causarum controversarum formam duplicem facit: quarum altera delectationem sectatur aurium, quam *exornationem* vocat: alterius, ut obtineat, probet, efficiat quod agit, omnis est suscepta contentio, quod in provisione posteritatis, aut in præteriti disceptatione versatur: quorum alterum *deliberationis* est, alterum *iudicii*, &c. Itaque hæc Fabii ratio, etsi assumat recte, & *iudiciale genus* satis probet, tamen ad cætera esse infirmior videri possit. Neque enim solum præteritum aut futurum tempus habent, quæ extra judicia sunt, sed præsens etiam: siquidem laudamus nonnunquam præ-

sentia. & de præteritis frequentior est iudicatio, ut ex Cicerone patuit, & ex ipso post manifestum erit. Item Aristotel. demonstrativi generis *κωριώτερον τὸ παρόν*, & maxime præsentium laudationem putat adhiberi, tamen fateretur præterita ut ad præsens tamen referantur, nonnunquam & futura ex his conjici. Sed præsentis existimavit laudari Aristoteles personas à præsentibus bonis aut aliis ad præsentia relatis, ideoque præsens tempus huic generi dedit: Fabius vero *ex factis*, & *ex laude factorum*. quæ si laudata fuerint, laudis faciunt præsentis personæ accessionem. Ita alter ea quæ colligimus, alter ea per quæ colligimus, videtur respexisse. *Idem. Mihi, &c.*] Vide Arist. rhet. I. cap. 3.

² *Certa.*] De quibus nemo dubitare possit, & nulla controversia est, & nemo negat, sed audire paratus discere vult, & dicentem cum voluptate sequitur prona fide, extraque omne negotium sunt. *Turneb.*

³ *Anaximenes.*] Anaximenes rhetor fuit Lampsacenus, discipulus Diogenis Cynici & Zoili grammatici, idem Alexandri magni præceptor in rhetoricis. hic in duas partes secuit oratoris officium, *judicialem*, & *concionalem*, sed sub concionali parte complectitur *genus deliberationis*.

partes esse voluit, septem autem species, *hortandi*, *dehortandi*: *laudandi*, *vituperandi*: *accusandi*, *defendendi*, *exquirendi*, quod ¹ ἐξέπεισιν dicunt: quarum duæ *deliberativi*, duæ sequentes *demonstrativi*: tres ultimæ *judicialis* generis sunt partes. ² Protagoram transeo, qui *interrogandi*, *respondendi*, *mandandi*, *precandi*, quod *δωλω* dixit, partes solas putat. ³ Plato in *Sophista*, *judiciali* & *concionali* tertiam adjecit *προσομιλικῶ*, quam fane permittamus nobis dicere *sermocinatricem*: quæ à forensi ratione disjungitur, & est accommodata privatis disputationibus: cujus ⁴ vis eadem profecto est, quæ *dialecticæ*. ⁵ Isocrates in omni genere inesse *laudem* ac *vituperationem* existimavit. ⁶ Nobis & tutissimum est auctores plures sequi, & ita videtur ratio dictare. Est igitur, ut dixi, unum genus quo laus ac vituperatio continetur, sed est appellatum ⁷ à parte meliore *laudativum*.

idem

deliberativum, & *demonstrativum*. De hoc plura Suidas in collectaneis. *Idem*.

1 *Eξέπεισιν* dicunt.] *Eξέπεισιν* finit Aristoteles ad Alexandrum, esse voluntatum, actionum, orationum inter se aut cum reliqua vita dissidentium demonstrationem. Genus hoc Athenis exercebatur cum ratio magistratus gesti reposebatur: quod fiebat plerunque apud *nomophylacas* aut *thesmothetas*: vel cum in Areopagum iudicium sanctissimum ascribi contenderent. *Idem*.

2 *Protagoram transeo*.] Qui, ut ajunt Lærtius & Suidas, *διείλε τὴν λόγον πρῶτον εἰς τέσσερας, δωλω, ἐρωτη(ν, ἀπίκρ(ν, ἐνδολῶ* (Volateranus hic *ἐνδολῶ* legit, vertitque ejectionem, nescio quid sequutus.) hujus opinionem velut ineptam præterit, quod eas generum partes solas putet, quæ intra aliarum partium fines includuntur. *interrogare* enim & *respondere*, & *mandare*, & *precari*, in laude sunt aut vituperio, suasionem aut dissuasionem, accusationem, defensionem, aut inquisitionem. *Idem*. *Protagoram*.] In dialogo de ente.

3 *Plato in Sophist.*] *Τὸ μὲν*, inquit, *προσομιλοῦν Δία καί τι καὶ πινυπέπει(ι δὲ ἡδονὴς τὸ λέγειν, καὶ τὸ μισθὸν προτιόμδρον προφῶν ἑαυτῶ μόνω*. Turneb.

4 *Vis eadem, quæ dialecticæ*.] *Dialecticæ* lib. primo *Topicorum* Aristot. ait prodesse ad exercitationes, ad colloquia, ad disciplinas quæ secundum philosophiam fiunt: quo significat utilem esse privatis disputationibus. differt à *sermocinatrice*, quod argumentosior est & contentiosior, *sermocinatrix* vero *sophistica* magis & oratoria. *Idem*.

5 *Isocrates*.] In ea arte cujus supra meminit. hic eam ob rem *demonstrativum* genus ab aliis non distinxit, quod existimaret in omni genere esse *laudem* aut *vituperationem*: qua in re ideo decipitur, quod & hoc *demonstrativum* genus frequenter per se tractatur, & cætera non raro sint sine illo. *Idem*.

6 *Nobis autem*.] *Conclusio*, qua suam demum opinionem & argumento & auctoritate confirmat. *Idem*.

7 *A parte meliore*.] *Κατὰ τὸ ἄφθμιον*.

1 *Ἐπιδεικ-*

idem alii *demonstrativum* vocant. utrunque nomen ex Græco creditur fluxisse. Nam & ἐγκωμιστικὸν & ἐπιδεικτικὸν dicunt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν non tam demonstrationis vim habere, ² quam ostentationis videtur, & multum ab illo ἐγκωμιστικῷ differre. nam ut continet laudativum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quisquam negaverit Panegyricos ἐπιδεικτικὸς esse? Atqui formam suadendi habent: & plerunque de utilitatibus Græciæ loquuntur: ut caussarum quidem genera sint: sed ea ³ tum in negotiis, tum in ostentatione posita. Nisi forte non ex Græco mutant *demonstrativum* vocant, verum id sequuntur, quod laus ac vituperatio quale sit quicque demonstrat. Alterum est *deliberativum*: tertium, *judiciale*. Cæteræ species in hac tria incidunt genera: nec invenitur ex his ulla, in qua non *laudare* aut *vituperare* aut *suadere* aut *dissuadere*, *intendere* quid vel *depellere* debeamus. Illa quoque sunt communia, *conciliare*, *narrare*, *docere*, *augere*, *minuere*, concitandis componendisve affectibus animos audientium fingere. ⁴ Ne his quidem accesserim, qui laudativam materiam *honestorum*, deliberativam *utilium*, judicalem *justorum* quæstione contineri putant, celeri magis ac rotunda usi distributione, quam vera. Stant enim quodammodo mutuis auxiliis omnia. Nam & in laude *justitia utilitasque* tractantur, & in consiliis *honestas*: & raro judicalem inveneris caussam, in cujus non parte aliqua, eorum quid, quæ supra diximus, reperiatur.

CAP.

1 Εἰπιδεικτικὸν.] Εἰπιδεικτικὸν, genus illud est, quo sophistæ utebantur ad facultatis suæ ostentationem. complectitur autem sub se genus *demonstrativum*, & aliquid quoque generis *deliberativi*, ideoque generalius est. *Turneb.*

2 Quam ostentationis videtur.] Vide Vossium *Instit. Orat. lib. 1. cap. 5. p. 43.*

3 Tum in negotiis.] Quasi dividat Fabius causas in *pragmaticas* & *epidicticas*,

ut sint *epidicticæ* remotæ à rebus civilibus, & ad ingenii ostentationem comparatæ. *Turneb.*

4 Ne his quidem.] Hæc opinio est *Arist. 1. rhetoric.* quem sequitur *Cic. 1. rhet. in Partit. & Topicis*: quanquam *Arist.* quoque in laudatione utilia tractari posse putat, ut tamen referantur ad honestatem, ac in cæteris generibus eodem modo. *Idem.*

C A P. V.

Quibus contineatur omnis ratio dicendi.

5^o **O**MNIS autem oratio constat, aut ex his quæ significantur, aut ex his quæ significant, id est, *rebus*, & *verbis*. Facultas orandi consummatur *natura*, *arte*, *exercitatione*: ² cui quartam partem adjiciunt quidam *imitationis*, quam nos arti subjicimus. ³ Tria sunt item quæ præstare debet orator, *ut doceat*, *moveat*, *delectet*. Hæc enim clarior divisio, quam eorum qui totum opus ⁴ in *res* & in *affectus* partiuntur. Non semper autem omnia in eam quæ tractabitur materiam cadent. Erunt enim quædam ⁵ remotæ ab affectibus: qui ut non ubique habent locum, ita quocumque irruperint, plurimum valent. ⁶ Præstantissimis auctoribus placet,

Iterum ab elementis incipit: sed quia tractaturus est *inventionem*, verba, quæ sunt *elocutionis*, omittit: res, quæ sunt *inventionis*, tractat. à rebus autem oriuntur *questiones*, à questionibus *status*, quem sequitur ordinem Fabius: admiscet tamen quædam officia, & ea quibus rhetoricen adipiscimur. *Turneb.*

1 *Omnis autem.*] Cicero in *Oratore* dicit oratoris suppellectilem esse, aliam *verum*, *verborum* aliam. plura diximus cap. 3. hujus libri, ubi eadem docuisse videri possit, sed ibi explicabat quomodo innata fuisset prima orandi ratio, & aucta & perfecta: nunc autem quibus ex causis eloquentiam assequi licebit: quæ etsi non magnopere distant, rationis vi se jungi possunt. *Idem.*

2 *Cui quartam partem.*] Cornificius naturam non addit, sed *imitationem* numerat, quam Fabius *arti* hac de causa subjicit, quia cum *ars* certa methodo & certis præceptionibus constet, rationem bene imitandi distabit. Neque enim potest similis alterius esse, qui vim non intelligit, artem illius non sentit, consilia non assequitur, & potius sub exercitatione comprehendi possit. *Idem.*

3 *Tria sunt.*] Ut sciamus, simus ne perfectam adepti eloquentiam, subjungit officia oratoris. idem Cicero 2. de *Orat. in orat. de opt. genere oratorum*, & fere omnibus in *lib. rhetor.* tradidit. Rodolphus Agricola unum vult esse oratoris officium, nempe *docere*. alia duo accessiones esse vult, lib. 2. contra quem Antonius Pinus multis disputat. *Idem.*

4 *In res & affectus.*] Hanc divisionem non improbat Fabius, sed obscuram esse dicit, cum superiore tamen consentit: nam res ea complectuntur quæ *ad docendum* faciunt: affectus, quæ *ad motum & delectationem*. *Idem.*

5 *Remotæ ab affectibus.*] Causæ exiles potissimum *docent*, graves *movent*, mediocres *delectant*, ut Cicero scribit. non igitur semper affectus in causam cadunt, semper tamen fides. Unde cum Demetrius Phalereus diceret eloquentiam tantum valere in civitate, quam gladius in bello, intelligebat de ea quæ affectus non moveret. *Idem.*

6 *Præstantiss. auctoribus.*] Altera pars hujus capituli, qua diversitatem questionum explicat, antequam de status ratione loquatur, ut alia sint *certa*, alia *dubia*.

placet, alia in rhetorica esse quæ probationem desiderent, alia quæ non desiderent: cum quibus ipse consentio. Quidam vero, ut Celsus, de nulla re dicturum oratorem, nisi de qua quærat, existimant: cui cum maxima pars scriptorum repugnat, tum etiam ipsa partitio: nisi forte laudare quæ constet esse honesta, & vituperare quæ ex confesso sint turpia, non est oratoris officium. ¹ Illud jam omnes fatentur, esse quæstiones aut *in scripto*, aut *in non scripto*. In scripto sunt *de jure*, in non scripto *de re*. Illud ² *legale*, hoc ³ *rationale* genus: Hermagoras atque eum secuti vocant *νομικόν*, & *λογικόν*. ⁴ Idem sentiunt qui omnem quæstionem ponunt in rebus, & in verbis. ⁵ Item convenit quæstiones esse aut ⁶ *infinitas*, aut *finitas*. *Infinite* sunt, quæ re-

motis

dubia. Porro quæ certa sunt, simplicem desiderant *probationem* seu *expositionem*, aut etiam amplificationem: quæ incerta, *probationem* & *fidem*. Cic. divisioni Fab. assentitur, repugnat Cornelius Celsus, qui dicebat oratoris esse dicere persuasibiliter in materia dubia & civili, quem hoc loco Fab. tum *cap. de demonstrativo genere* reprehendit, idque bifariam, ab auctorum consensu, & ipsa in tria causarum genera facta divisione. Nam ut lib. 2. dixit, Illud de omnibus qui circa civiles quæstiones oratorem versari judicant, dictum sit, excludi ab iis plurima oratoris officia: illam certe laudativam totam, quæ est rhetorices pars tertia, &c. *Idem*.

¹ *Illud etiam omnes.*] Quæstionum divisio huc pertinet, ut ab his gradum faciat Fabius ad statum. nam in quæstionibus *conjectura*, *qualitas*, *finitio* continetur. *Idem*.

² *Legale.*] Quoniam in legum contrarietate & scripti & voluntatis dubitatione versatur. *Idem*.

³ *Rationale.*] Quia in re positum est, ac *rationibus* est probandum, non etiam *scriptis*. Hermogenes tamen legale & rationale genus sub *qualitate* ponit. *Idem*.

⁴ *Idem sentiunt.*] Quæstio sine con-

troverfia constat aut ex verbis, quod *summum jus* appellatur: aut ex rebus, id est æquitate & ratione legislatoris, ac legum. cui negotio discutiendo Cic. jurisconsultos præesse dicit. Cic. 3. *rbet*. Aut ex rebus ratione colligendis: aut ex verbis scripto examinandis. *Idem*.

⁵ *Item convenit.*] Ut superiores duæ divisiones civili quæstioni conveniunt: ita quæ sequuntur, vim quæstionis in universum dispersiunt. De quo latius Cic. in *Top.* Ioem.

⁶ *Infinitas.*] *Quæstio infinita* appellatur, quia cum de re tota quærat, habet quandam infinitionem, quæ in quæstione finita circumstantiis circumscribitur & definitur. *Græci* vocant, quod in utramque partem à philosophis tractentur, & credibiliter positæ utrinque agitentur. Cujus exercitationis meminerunt Græci, Aristoteles, Philoponus, & alii ex Arist. familia: Latini, Cicero, Seneca, & Gellius. Cicero *proposita* vocat, in *Top.* eadem ratione, quod in disputatione proponi soleant. Alii *quæstiones universales civiles*, quo modo hypothesein, quæstionem finitam civilem ad finem capitis appellat Fab. Itaque non expungenda est dictio *Civilis*, sed citra subdistinctionem ita legere debemus. Ita autem appellantur, quia à

N 4

scientia

motis personis & temporibus & locis, cæterisque similibus, in utranque partem tractantur: quod Græci *ἑστίον* dicunt, Cicero propositum, alii quæstiones universales civiles, alii quæstiones philosopho convenientes, Athenæus *partem causæ* appellat. ¹ Hoc genus Cicero scientiæ & actione distinguit: ut sit scientiæ, an providentia mundus regatur: actionis, an accedendum ad remp. administrandam. ² Prius, trium generum, *an sit, quid sit, quale sit.* omnia enim hæc ignorari possunt. ³ Sequens, duorum, quomodo adipiscamur, quomodo utamur. ⁴ Finitæ autem sunt ex complexu

rerum,

scientiæ morali, quæ civilis facultas appellatur, ducuntur, atque adeo facultas ipsa civilis, ut docuit Fab. lib. 2. est *sapientia & philosophia*, ideoque philosopho *quæstiones convenientes* vocant, quod hæc disputandi his de rebus consuetudo apud philosophos valeret, præsertim Aristotelem & Platonem. Alii *partem causæ*. Nam ut thesis constituat *hypothesein*, in hypotesi continebitur tanquam pars quædam. Ita Cic. in *Top.* dixit in causâ esse *propositum*, & contineri sub controversia *consultationem*. & ut inquit Fortunatianus, significatio declaratur ex ipso composito nomine, esse aliquid quod est *ἄπο τῆς ἑστίον*, sub illo genere quasi species: quod manifeste deprehendes remotis circumstantiis, *An Clodius insidiator jure occisus sit à Milone.* Cicero item *consultationem* vocavit, quod ita quisque de re proposita dicat, ut senatores de relata re à consule dicunt sententiam. *Idem.*

¹ *Hoc genus Cic.*] In *Topicis*, Quæstionum, inquit, quacunque de re sint, duo sunt genera: unum *cognitionis*, alterum *actionis*. Cognitionis sunt hæc, quarum finis est *scientia*, ut si quæretur, à naturæ jus profectum sit, an ab aliqua quasi conditione hominum & pactione. *Actionis* autem hujusmodi exempla sunt, *sine sapientis ad remp. accedere.* Idem refert in *Partit.* Non placet tamen Rodolpho Agricola hæc *partitio.* *Idem.*

² *Prius trium generum.*] Hæc divisio ab Arist. est ducta. is enim 2. lib. *Analyticorum* ait rotidem esse quæstiones, quot sunt res quas scire possumus. quatuor autem ponit, *an sit, quid sit, an hoc illi insit, quamobrem insit:* sed *Quamobrem* ad finitionem refertur, quæ plerunque causam complectitur. Idem Cic. Cognitionis quæstiones tripartitæ sunt, cum *an sit*, aut *quid sit*, aut *quale sit* quæritur. horum primum *conjectura*, secundum *definitione*, tertium *juris & injuria distinctione* explicatur. *Idem.*

³ *Sequens duorum generum.*] *Actionis*, inquit Cicero, duo sunt genera, unum ad *officium*, alterum ad *motum animi*, in 1. de *orat.* per adhortationem, *motum*: per objurgationem *officium* intellexit. *Idem.*

⁴ *Finitæ autem sunt.*] Quæ circumstantiis velut quibusdam rerum finibus adstringuntur in angustam disputationem, nascunturque ex complexu *personarum, temporum, locorum,* & reliquarum circumstantiarum. Causa in *Top.* à Cicer. dicitur, quæ aut omnibus sit aut maximis circumstantiis inclusa. Controversia in *Partit.* Definitas seu certas, 2. de *orat.* Quæstiones speciales alii, Iſocrates quæstionem civilem finitam vocat. Græci *hypothesein*, Rodolph. conditionalem quæstionem, quod in his quæstionibus tacita sit conditio, etsi nomen *hypotheseos* non conditionem modo significat, sed & fictionem, ut interpre-

verum, personarum, temporum, cæterorumque. hæ *ιστορίες* à Græcis dicuntur, *caussa* à nostris. In his omnis quæstio videtur circa res personalesque consistere. ¹ Amplior est semper *infinita*. inde enim *finita* descendit. Quod ut exemplo pateat, *infinita* est, *An uxor ducenda*: finita, *an Catoni ducenda*: ² ideoque esse *suasoria* potest. ³ Sed etiam remotæ à personis propriis, ad aliquid referri solent. Est enim simplex, *an respublica administranda*: refertur ad aliquid, *an in tyrannide administranda*. Sed hîc quoque subest velut latens persona. tyrannus enim geminat quæstionem, subestque & temporis & qualitatis tacita vis: nondum tamen hoc proprie dixeris *causam*. Hæ autem quas *infinitas* voco, & *generales* appellantur. quod si est verum, *finita speciales* erunt. In omni autem speciali utique inest generalis, ut quæ sit prior. ⁴ Ac nescio an in *caussis* quoque quicquid in quæstionem venit qualitatis, generale sit. ⁵ *Milo Clodium occidit*:
jure

terpretatur Fab. lib. 5. Sunt autem qui *finitas* vocari velint, quod cautum apud veteres esset, ne quis actionem intenderet nisi certis personis & rebus. neque enim quenquam accusare licebat, nisi opposito crimine: neque de crimine dicere, nisi indicato reo. *Idem*.

¹ *Amplior est semper infinita.*] Quia hæc universalis, & ex universalibus circumstantiarum appositione speciales, id est, *finita* fiunt. *Idem*.

² *Ideoque esse suasoria.*] *Theses*, ut docuit Fabius, pleraque ad deliberativum pertinent genus, & adjectis modo personis, suasoria fiunt. nam deliberationis initium ducitur ab *hypothesi*, sed postea revocatur ad *thesin*: atque ita interdum de toto genere disceptamus, cum tamen causa pendeat ab *hypothesi*. *Idem*.

³ *Sed etiam remotæ.*] Medium quoddam genus inter *thesin* & *hypothesein* ponere videtur, nulla singulari definitaque persona conclusum, ad aliquid tamen referri, id est latentis temporis vel personæ angustiis contineri, ut, *an resp. ad-*

ministranda, in tyrannide: quæ particula quæstionem alioqui simplicem geminat, *an sub tyranno, an in tyrannide*. sed quia circumstantiæ latent verius quam sunt, ne sese exerunt & explicant, ideo ut plane *thesin* dixeris, ita prorsum *hypothesein* minime vocaveris. *Idem*.

⁴ *Ac nescio.*] In *hypothesi* continetur *thesis*, ac fere causarum decisio & tractatio à generali capite pendet, ut in *qualitate*, quanquam origo controversiæ à re singulari proficiscitur, tamen qualitate communi tractatur. itidem in reliquis quoque statibus. Itaque contendit hic Fab. nullam esse quæstionem in *caussis*, hoc est particularibus, cujuscunque ea status sit, in qua non quæritur universale. Est autem id adnotandum, in his non universale per se, sed quatenus conducit ad cognitionem particularis, ab oratoribus tractari. *Idem*.

⁵ *Milo Clodium occidit.*] Hic persona *Clodii Milonisque* facit, ut quatenus liceat hominem occidere disputetur, & auget quæstionem: præterquam enim quod quæritur, *an hominem liceat interficere*.

jure occidit, insidiatorem. nonne hoc quaeritur, an sit jus insidiatorem occidendi? Quid in conjecturis? non illa generalia, *an causa sceleris* ¹ *odium? cupiditas? an tormentis credendum? testibus an argumentis major fides habenda?* ² Nam finitione quidem comprehendi nihil non in universum certum erit. ³ Quidam putant etiam eas posse thesibus aliquando nominari, quæ personis causisque contineantur, aliter tantummodo positas: ut *Causa sit, cum Orestes accusatur: Thesis, an Orestes recte sit absolutus.* cujus generis est, ⁴ *an Cato recte Martiam Hortensio tradiderit.* Hi thesin à causa sic distinguunt, ut illa sit *spectativa* partis, hæc *activa*. Illic enim veritatis tantum gratia disputari, hic negotium agi. ⁵ Quamquam inutiles quidam oratori putant universales quaestiones, quia nihil proficit quod constet *ducendam esse uxorem, vel administrandam rempublicam.* si quis vel ætate vel valetudine

impedire, quia Clodius insidiator fuisse dicitur, quaeritur *an omnis insidiator interfici possit.* Ita ex personis causa quaestioque oritur, ex thesi emanat universa disputatio. *Idem.*

¹ *Oodium? cupiditas?*] Præcipuum caput & præcipuus status in conjectura vix quicquam habere generale possit. capita vero quæ ad ejus probationem afferuntur, plerunque *ἑλκῶς* tractantur, ut *impulso*, & loci communes. *Idem.*

² *Nam finitione.*] Quoniam cum de nomine alicujus rei quaerimus, nullas apponimus personas aut circumstantias quibus finita fiat quaestio: imo ipsa statim definitio causam ponit. Cum enim *de facto* conveniat, uterque ut nomen quod facto tribuit, confirmet, suam definitionem adducit, in qua constituenda opus est universum, & unus utriusque partis labor. *Idem.*

³ *Quidam putant.*] Quæ hæcenus scripsit, ex Cic. fere sententia dicta sunt: nunc quosdam ait alio intellectu his nominibus uti, qui non distare hæc complexa circumstantiarum volunt, sed sine disputationis, seu penes cognitionem & actionem. Eandem siquidem qua-

estionem, & *thesin* fatentur esse, dum excutienda philosophorum more ponitur: & *hypothesein*, dum propter negotium aliquod tractatur, ut ea de re iudicio agitur. Neque omnino male, si nomen æstimes, rem ad inquisitionem positam vocamus *thesin*, cui non videntur obesse circumstantiæ. Proinde cognitiva est apud illos, ut *hypotheseis* activa. Hæc opinio est Fortunatiani & Sulpitii Victoris, quæ videtur originem duxisse à Zenone. illis enim *thesis* est, res rationalem disceptationem admittens, cujus sit finis *inspectio*: *hypotheseis* vero, res rationalem disceptationem accipiens, cujus sit finis *judicatio* atque *actio*, sive erit sive minus definita personis. idem superiores definitiones calumniantur. *Idem.*

⁴ *An Cato recte.*] Nota est historia ex Plutarcho in Catone. *Idem.*

⁵ *Quamquam inutiles.*] Commodè explicata quaestionum varietate, de illarum usu agit. refellit igitur falsam quorundam opinionem, qui *universales quaestiones* ab oratore removerunt. In qua est opinio Cic. *lib. primo de Inventione.* ubi Hermagoram carpit, qui quaestionem & causam oratori tribuit. *Idem.*

I Sed

impediatur. ¹ Sed non omnibus ejusmodi quæstionibus sic occurri potest, ut illis, *Sitne virtus finis, Regaturne providentia mundus*. Quinetiam in iis quæ ad personam referuntur; ut non est satis generalem tractasse quæstionem, ita perveniri ad speciem nisi illa prius excussa non potest. Nam quo modo *an sibi uxor ducenda sit*, deliberabit Cato, nisi confiterit *uxores esse ducendas*? Et quo modo, *an ducere Martiam debeat* quæretur, nisi Catoni *ducenda uxor est*? Sunt tamen inscripti nomine Hermagoræ libri, qui confirmant illam opinionem, sive falsus est titulus, sive alius hic Hermagoras fuit. Nam ejusdem esse quomodo possunt, qui de hac arte mirabiliter multa composuit, cum, sicut ex ² Ciceronis quoque rhetorico primum manifestum est, materiam rhetorices in *theseis & causas* dividerit? Quod reprehendit Cicero: ac thesin nihil ad oratorem pertinere contendit, totumque hoc genus quæstionis ad philosophos refert. Sed me liberavit ³ reprehendendi verecundia, & quod ipse hos libros improbat, & quod ⁴ in oratore, atque iis quos de oratore scripsit libris, & Topicis, præcipit, ut à propriis personis atque temporibus avocemus controversiam: quia latius dicere liceat de genere quam de specie, ⁵ & quod in universo proba-

¹ Sed non in omnibus.] Ut clarius hanc opinionem refutet Fab. *universales quæstiones* duplices esse dicit: quasdam quæ ex persona non pendeant, & illæ tractatæ sufficiunt. In illis igitur non sic potest occurri, id est, nullum ex persona potest impedimentum afferri, ut non sufficere videantur, *An virtus sit bonorum finis, &c.* Quasdam vero, quæ ex persona sunt æstimandæ ad quam referuntur. in illis non satis fuerit in genere rem docuisse: necesse est tamen hanc præcessisse disputationem. nam nisi excusso genere, cui similis est thesis, ad speciem quæstionemque specialem non potest perveniri. Erit itaque duplex quæstio *universalis*, quædam quæ simpliciter in sua consideratur natura

citra ullum respectum, quædam quæ etsi in sua consideratur natura, tamen quadantenus ad res singulares & personas refertur, cui exceptione potest occurri. Erit autem in ea duplex tractatio: res enim petetur à thesi, personarum circumstantiæ ab hypothese. *Idem.*

² Ciceronem.] De inventione.

³ Reprehendendi.] Respondendi.

⁴ In oratore.] Libro. 3.

⁵ Et quod in universo probatum sit.]

Hoc intelligendum est de rei & negotii tractatione. id enim si probatum sit in genere, probatum quoque erit in parte. hypothesis tamen præter thesin personarum habet circumstantias, quæ proprium desiderant tractatum. *Turnebus.*

probatum sit, in parte probatum esse necesse sit. ¹ Status autem in hoc omne genus materiae iidem qui in causas cadunt. Ad hoc adjicitur, alias esse ² quaestiones in rebus ipsis, alias quae ad aliud referantur. Illud, *an uxor ducenda*: hoc, *an seni ducenda*. Illud, *an fortis*: hoc, *an fortior*, & familia. ³ Causam finit Apollodorus, ut interpretatione Valgii discipuli ejus utar, ita *Causa est negotium omnibus suis partibus spectans ad quaestionem*: aut, *Causa est negotium, cujus finis est controversia*. Ipsum deinde negotium sic finit, *Negotium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, sermonum, scriptorum, & non scriptorum*. Causam nunc intelligimus *ὑποθεσιον*, negotium *περιστωσιον*. Sed ipsam causam quidam similiter finierunt, ut Apollodorus negotium. Iocrates causam esse ait quaestionem finitam civilem, aut rem controversam in personarum finitarum complexu. ⁴ Cicero his verbis, *Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum*.

C A P.

¹ *Status autem.*] Breviter indicato usu, *statuum* describit *rationes*, quos vult eosdem esse qui & in hypothese. Est autem *status*, forma illa vel conjecturae, vel finitionis, vel qualitatis, quae in quaestionibus apparet. Est vero *status* in thesi generalior, in hypothese magis particularis. *Idem*.

² *Quaestiones in rebus ipsis.*] Has quaestiones antea tractasse videtur. eadem porro divisio in causas cadere potest, ut simplex est, *an accusare Cicero Verrem debeat*, quae statui decidique debet nulla

ratione circumstantiarum habita, sed sola rei propositae contemplatione: ad aliud refertur, *uter potius accusare debeat, Cicero an Caecilium*: & hujus veritas circumstantiis aestimatur. qua de re Fab. agit in fine tertii. *Idem*.

³ *Causam.*] Post causa divisionem, ejus definitiones multas colligit, partim ut propositio satisfaciat: partim ut ex collatione in altum ejus vim melius intelligamus. *Idem*.

⁴ *Cicero.*] In Topicis.

Proponit

CAP. VI.

*Quid sit status: unde ducatur: reus an actor eum
faciat: quot & qui sint.*

ERGO cum omnis causa contineatur aliquo statu, prius quam dicere aggredior quo modo genus quodque causæ sit tractandum, id quod commune est omnibus, *quid sit status*, & unde ducatur, & quot & qui sint, intuendum puto: ¹ quanquam id nonnulli ad judiciales tantum pertinere materias putaverunt. Quorum inscitiam, cum omnia tria genera fuero executus, res ipsa deprehendet. ² Quod nos *statum*, id quidam *constitutionem* vocant, alii *questionem*, alii quod ex questione appareat. Theodorus generale caput, id est, κεφάλαιον γενικώτερον, ad quod referantur omnia. ³ Quorum diversa appellatio, vis eadem est: nec interest discentium, quibus quicque nominibus appelletur, dum res ipsa manifesta sit. ⁴ *Statum* Græci *στάσις* vocant: quod nomen

PROponit ea quæ de statu est tractaturus, ejus diversas appellaciones tradit, definitionem constituit, duas definitiones malas reprehendit. *Turnebus.*

¹ *Quanquam id nonnulli ad judiciales.]* Cornificius, Celsus, & Cic. in *lib. de Inventione*, statum duntaxat tractant in *judiciali materia*, propterea quod illic major est controversia & dubitatio, ideoque magis status apparet. docebit tamen Fabius in *cap. generis demonstrativi & deliberativi*, in alia genera cadere *statum*: quod fatetur etiam Cic. in *Topicis. Idem.*

² *Quod nos statum.]* Priusquam definit, nominis diversitatem attingit: quæ interdum obest, quo minus res bene percipiatur. *Constitutionem* vocavit Cornificius & Cic. de *Invent.* Fabius vero *statum*, in quo steteritaturque causa, quasi cardine aliquo. *Questionem* Cicero in *Partit. & Top.* Alii non *questionem* ipsam, sed quod ex illa appareat.

Secundum hos est *status*, quærendi quædam forma quæ in questione conspicitur: ut sit *questio*, *an fecerit*, in qua continetur *conjectura*, quæ status erit. Theodorus κεφάλαιον γενικώτερον, id est, *generale caput*. Is enim duo genera capitum ponit: *generale*, in quo vertitur tota causa, estque summa *questio* & *status causæ*: est caput *speciale*, id est, minor *questio*, quæ *judicium* non constituit, sed ad summam confert. *Idem.*

³ *Quorum diversa appellatio.]* Voce quidem discrepans, re tamen consentiens. Sed cum intelligitur quid significetur, minus laborandum est de verbis, quorum diversitas plerunque & memoriam confundit & fructum nullum affert. *Idem.*

⁴ *Statum Græci στάσις.]* Sic Cic. in *Top. Refutatio* autem *accusationis*, in qua est *depulsio criminis*, Græce *στάσις* dicitur, Latine appelletur *status*. Eadem prorsus verbi deflexione: quanquam apud

men non primum ab Hermagora traditum putant, sed alii ab ¹ Naucratre Isocratis discipulo, alii à ² Zopyro Clazomenio: ³ quanquam videtur Æschines quoque in oratione contra Ctesiphontem uti hoc verbo, cum à iudicibus petite Demosthenem permittant evagari, sed eum dicere de ipso causæ statu cogant. Quæ appellatio dicitur ducta vel ex eo quod ibi sit primus causæ congressus, vel quod in hoc causa consistat. Et nominis quidem hæc origo. Nunc quid sit: *Statum* quidam dixerunt ⁴ *primam causarum conflictionem*: quos recte sensisse, parum elocutos puto. Non est enim status prima conflictio. *Fecisti, non feci*: sed quod ex prima conflictione nascitur, id est genus quæstionis. *Fecisti, non feci, an fecerit. Hoc fecisti, non hoc feci, quid fecerit.* quia ex his apparet illud conjectura, hoc finitione quærendum, atque in eo pars utraque insistit: erit quæstio conjecturalis, vel finitivi status. ⁵ Quid si enim dicat quis, *Sonus est*

duorum

apud Græcos latius pateat, pro *seditione, statione, & chori parte*. Idem.

¹ *Eucrate Socratis.*] Plerique hinc legunt, à Naucratre Isocratis discipulo. Nam *lib. 3. de orat. & in oratore*, Naucrates Isocratis auditor citatur à Cicerone. Cum tamen in vetustis codicibus legatur, ab Eucrate Socratis discipulo, nihil fortasse sit immutandum. de hoc tamen Eucrate nihil alibi scribitur, quanquam Suidas *Ὀκράτην* ponat philosophum & rhetorem clarissimum inter Isocratis discipulos, fortasse mendose. *Idem.*

² *Zopyro Clazomenio.*] A Clazomenis Asia oppido. hic sophista fuit excellentissimus, temporeque Demosthenis floruit. *Idem.*

³ *Quanquam videtur Æschines.*] Videtur Fab. apud Æschinem hoc loco quem citat, *Ὀκράτην* legisse, cum nunc ibi *Ὀκράτην* legatur, nisi forte corruptus est codex Græcus. quanvis paulo ante ea voce utatur, sed pro loco & statione pugilum. Verba Græca sic habent, *ὡςπερ ἐν ἐν τῆς γυμνασίου*

ἀγωνίᾳ ὁρᾶτε τὰς πύλας περὶ τῆς στάσεως διαγωνιζομένους, ἕτω καὶ ὑμεῖς ὅλῳ τῷ ἡμέραν ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ περὶ τῆς πίστεως αὐτῶν λόγῳ μάχεσθε, καὶ μὴ ἑᾶτε αὐτὸν ἕξω τῶν ὀργάνων λόγῳ περιτῶν. Nisi hoc velit Æschines, ad similitudinem pugilum, de statu, id est de loco accusationis potissimo dicere Demosthenem. Et Hermogenes *ταῖσι δὲ τῶν σοσιαζέων τὰς ἀγωνιζομένους*, ab eo quod contendant actor & reus & dissideant, deducit. *Idem.*

⁴ *Primam causarum conflictionem.*] In hac videtur esse sententia Cic. *lib. primo de Invent.* hic autem *causas* intelligere par est intentiones & depulsiones primarias, quæ causam & iudicium constituunt. nam hic de statu causæ loquimur, non de statu quæstionum. *Accusator* enim litem intendit, *defensor* depellit: unde nascitur utriusque litis conflictio. *Conflictionem* autem dicit per metaph. à primo congressu militum. *Idem.*

⁵ *Quid enim si quis.*] Probat à simili, non esse veram status definitionem, primam

duorum inter se corporum conflictio? Erret ut opinor: non enim sonus est conflictio, sed ex conflictione. ¹ Et hoc levius intelligitur enim utcumque dictum. Inde vero ingens male interpretantibus innatus est error, qui quia primam conflictionem legerant, credidere statum semper ex prima quaestione dicendum: quod est vitiosissimum. ² Nam quaestio nulla non habet utique statum: ³ constat enim ex intentione, & depulsione: sed aliae sunt propriae causarum de quibus ferenda sententia est: aliae adductae extrinsecus, aliquid tamen ad summam causae conferentes, velut auxilia quaedam: quo fit ut in controversia una plures quaestiones esse dicantur. Harum porro plerunque levissima quaeque primo loco fungitur. Nanque & illud frequens est, ut ea quibus minus confidimus, cum tractata sunt, omittamus: interim sponte nostra velut donantes, interim ad ea quae sunt potentiora, gradum ex his fecisse contenti. ⁴ Simplex autem

mam causarum conflictionem, ex non satis accurata soni definitione, qua materiam soni potius quam ipsam qualitatem explicat. De qua fuse Laur. Valla lib. 1. *Dialect.* cap. 14. hunc locum exponens. Sed etiam haec status definitio & soni, si utraque recte intelligatur, nihil peccabit. solent enim plerunque etiam philosophi definire à causa. utraque igitur definitio *αιτιολογια* est intelligenda. id est, *causaliter*. Idem.

¹ *Et hoc levius.*] Excusat quodammodo superioris definitionis auctores, ut eos acerbius reprehendat, qui existimarunt ex prima quaestione ducendum semper esse statum, & non potius ex praecipua causarum seu quaestionum conflictione. Itaque status dupliciter intelligitur, aut propria causa constitutio, ut hic accipimus: aut caput quod ex minoribus quaestionibus apparet, diciturque *quaestionum status*. hi igitur peccaverunt, quod in statu quaestionum minorum putarint esse situm causae statum. Idem.

² *Nam quaestio.*] Omnis quaestio sta-

tum habet: sed cum sit duplex quaestio, erit quoque duplex status ratio. quaedam enim quaestio causarum propria est, *summaque* appellatur. ea est (inquit Budaeus) principale controversiae punctum, de qua ferenda judicatio est: illic status est causa. quaedam vero quaestio est minor, id est accessorium punctum vel incidens, & extrinsecus adducta, & veluti propria auxiliaria & subsidiaria quaestio. illic status est minorum quaestionum, non causa. Idem.

³ *Constat enim ex intentione & depulsione.*] *Intentio* est ejus facti objectio quod in iudicium venit. *Depulsio* est intentioni resistens oratio. Ex his duabus inter se concurrentibus vocibus *status* nascitur, qui ex depulsione ad intentionem repugnantia illico emergit. Idem.

⁴ *Simplex autem.*] *Simplex* est causa illa quae unius duntaxat rei habet controversiam: conjuncta, quae plurium. in illa status duntaxat est unus, in hac plures: quanquam in illa quoque status esse plures possunt minorum quaestionum, ut pro Cluentio & in Verrem tot status

tem causa etiam si varie defenditur, non potest habere plus uno de quo pronuntietur: atque inde erit *status cause*,¹ quod & orator precipue sibi obtinendum, & iudex spectandum maxime intelligit. in hoc enim causa consistet. Ceterum quaestionum possunt esse diversi. Quod ut brevissimo pateat exemplo: cum dicit reus, ² *Etiam si feci, recte feci*: qualitatis utitur statu. cum dicit, *Non feci*, conjecturam movet. Semper autem firmiter est non fecisse: ideoque in eo statum esse iudicabo, quod dicerem si mihi plus quam unum dicere non liceret. Recte igitur est appellata *causarum prima conflictio*, non quaestionum. Nam & pro Rabirio Posthumo Cicero prima parte orationis in hoc intendit, ut actionem competere³ in equitem Romanum neget: secunda, nullam ad eum pecuniam pervenisse confirmat. statum tamen in eo dicam fuisse, quod est potentius. Nec in causa Milonis⁴ circa primas quaestiones, quae sunt ante prooemium positae, iudicabo conflictisse causam: ⁵ sed ubi

totis

status quidem minus principales, quot crimina. *Idem.*

¹ *Quod & orator precipue.*] Status enim cognitio ad hoc valet, ut circumsperto argumento de quo dicturus est, ad caput velut ad scopum omnia conferat, nec supervacaneis ambagibus à re digrediat, aut deliranti similis oratione vagetur, vel aliena, vel etiam pugnantia dicens. Hujus enim sola consideratio praestabit ut oratio nostra sibi constet, & ne quid extra rem dicamus, & (quod nonnunquam incogitantibus uluvenit) nobis ipsis contradicamus: ut cordatus auditor illud Elacci merito secum commurmuret, *Amphora cepit Institui, currente rota cur urceus exit?* Alioqui puerile est absque scopo jaculari, & (ut ait Persius) *passim corvos sequi testaque lutoque.* *Idem.*

² *Etiam si feci.*] Haec defensio laudatur à Fabio, *cap. de partitione.* fit autem *per antiparastasin*, cum ex conditione aliquid tuemur: & *per enstasin*, cum simpliciter inficiamur, ut, *non feci.* *Idem.*

³ *In equitem Romanum.*] In causa enim Rabirii Posthumi prima est translationis quaestio: repellit enim actionem à sua persona, & in equitem Rom. ex lege competere negat, si quidem ea lege non teneantur omnes. Ac tum fit status translationis, quem Fabius appellat *actionis statum*, cum aliquo juris adjumento rectum iudicium declinamus. *Idem.*

⁴ *Circa primas quaestiones.*] Circa praedicta, quod senatus statuerit, *cedem in via Appia factam, esse contra rempublicam*: quod Pompeius lata nova quaestione contra Milonem iudicavit. de quibus Quintil. lib. 4. fufius. In quibus nulla causa conflictio, neque causa status collocandus: sed ubi *jure casum Clodium*, ut qui insidias fecerit, ostenditur. *Idem.*

⁵ *Sed ubi totis viribus.*] Non distinguit Fabius statum à *judicatione*, quod nonnulli tamen faciunt, qui artem obscurant: ideoque c. 13. dicit, idem esse *statum, continens, & judicationem.* *Idem.*

1 Alii

toti s viribus *insidiator Clodius*, *ideoque jure interfectus*, ostenditur. Et hoc est quod ante omnia constituere in animo suo debeat orator, etiam si pro causa plura dicturus est, quid maxime liquere judici velit. Quod tamen ut primum cogitandum, ita non utique primum dicendum erit. ¹ Alii statum crediderunt primam ejus, cum quo ageretur, ² deprecationem. Quam sententiam his verbis ³ Cicero completitur, *In quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio*. Unde rursus alia quaestio, an eum semper is faciat qui respondet. Cui rei praecipue repugnat Cornelius Celsus, dicens non a depulsione fumi, sed ab eo ⁴ qui propositionem suam confirmet: ut si hominem occisum reus negat, status ab accusatore nascatur, quia is velit probare: si jure occisum reus dicit, translata probationis necessitate idem a reo fiat, & sit ejus intentio. Cui non accedo equidem. nam est vero propius quod contra dicitur, nullam esse litem, si is cum quo agitur, nihil respondeat: ideoque ⁵ fieri statum a respondente. Mea tamen sententia varium id est, & accidit pro conditione causarum: quia & videri potest propositio aliquando statum facere, ut in conjecturalibus causis. utitur enim conjectura magis qui agit. Quo moti quidam, eundem a reo *insicalem* esse dixerunt: & in ⁶ syllogismo

¹ *Alii statum.*] Hoc capite docet statum ex *depulsione* & *intentione* nasci, non (ut quidam voluerunt) ex *intentione*. nam probabilius est a respondente oriri: quod tamen non est usquequaque verum. adjicit ea, circa qua omnis quaestio & omnis status versatur. *Idem.*

² *Deprecationem.*] Ut Cornificius, primam deprecationem defensoris cum accusatoris insimulatione conjunctam. quam definitionem in Topica sua retulit Cicero. ex qua & alia suborta quaestio, unde status oriretur. *Idem.*

³ *Cicero.*] In topicis.

⁴ *Qui propositionem suam confirmet.*] Secundum Celsum, ille qui intendit, statum facit, cum sit illius probare. intendit autem actor in statu con-

jecturali: intendit reus, in statu *judiciali*. Ut si accusator dicat, *Occidisti*, reus neget, accusatoris erit probare, ab eoque status orietur: si reus dicat, *Occidi*, sed jure, ejus erit probare, vicissimque ab eo status nascetur. *Idem.*

⁵ *Fieri statum a respondente.*] Hac non est Fabii sententia: nam dicitur ex intentione & depulsione nasci statum: sed ut verisimilior, praefertur opinioni Celsi. Per *respondentem* autem hic *actorem* & reum intelligit, sed diversis rationibus. *Idem.*

⁶ *Syllogismo.*] *Syllogismus* status est legalis, quo rem non scriptam legi & scripto quadam similitudine accommodamus. ita appellatur, quia argumentatio

Iogifmo tota ratiocinatio ab eo est qui intendit. Sed quia videtur illis quoque necessitatem hos status exequendi facere qui negat (is enim si dicat, *Non feci*, coget adversarium conjectura uti: & si dicat, *Non habet legem*, syllogifmo) concedamus ex depulsione nasci statum. ¹ Nihilominus enim res eo revertetur, ut modo is qui agit, modo is cum quo agitur, statum faciat. Sit enim accusatoris intentio, *Hominem occidisti*: si neget reus, faciet statum qui negat. Quod si confutetur, sed *jure à se adulterum dicit occisum* (nempe legem esse certum est quæ permittat) nisi aliquid accusator respondeat, nulla lis est. *Non fuit* (inquit) *adulter*. Ergo depulsio incipit esse actoris: ille statum faciet. Ita erit quidem status ex prima depulsione, sed ea fiet ab accusatore, non à reo. Quid quod eadem quæstio potest eundem vel accusatorem facere vel reum? ² Qui artem ludicram exercuerit, ³ in quatuordecim primis ordinibus ne sedeat. qui se prætori in hortis ostenderat, neque erat productus sedit in quatuordecim ordinibus. Nempe intentio est, *Artem ludicram exercuisti*. depulsio, *Non exercui artem ludicram*. quæstio, *Quid sit artem ludicram exercere*. Si accusabitur theatri lege, depulsio erit rei. si excitatus fuerit de spectaculis, & aget injuriarum: depulsio erit accusatoris. Frequentius tamen illud accidet, quod est à pluribus traditum. Effugerunt has quæstiones qui dixerunt sta-

tum

ratio fit, & in majore propositione lex ponitur, in minore facti accommodatio ad legem. verbi gratia, si is quem adulterium commisisse accusamus, dicat actorem legem non habere, coget actorem ejusmodi uti syllogifmo, *Fus est, in adulterio necare deprehensum: tu es in adulterio deprehensus, ergo jure necandus es*, & ex consequenti tecum jure agere licet. Vel *syllogifmo*, statu ratiocinativo. *Idem*.

¹ *Nihilominus enim.*] Si dicamus statum à depulsione fieri, cum depulsio in statu conjecturali fiat à reo, reus illic

statum faciet: at in statu judiciali cum depulsio fiat ab actore, actor statum illic constituet. *Idem*.

² *Qui artem ludicram.*] Ottho Roscius legem tulit, *ne quis in quatuordecim primis ordinibus sederet, nisi qui censum equestrem haberet*: exceperat etiam eos qui infames sunt. porro qui artem ludicram exercent, ex Prætoris edicto, de his qui notantur infamia, infames habentur. *Idem*.

³ *In quatuordecim primis ordinibus.*] Vide Pet. Pithæum *Advers.* lib. 2. c. 17. pag. 799. *Lamp. Critic. Part. II.*

¹ *Videvi-*

tum esse id quod appareat ex intentione & depulsione, ut *fecisti, non feci: aut recte feci.* ¹ Viderimus tamen utrum id sit status, an in eo status. Hermagoras *statum* vocat, per quem subjecta res intelligatur, & ad quem probationes etiam partium referantur. Nostra opinio semper hæc fuit, quum essent frequenter in causa diversi quæstionum status, in eo credere *statum causæ, quod esset in ea potentissimum, &* ² *in quo maxime res verteretur.* Id si quis *generalem quæstionem,* vel *caput generale* dicere malit, cum hoc mihi non erit pugna: non magis quam si aliud adhuc, quo idem intelligatur, ejus rei nomen invenerit, quanquam tota volumina in hanc disputationem impendisse multos sciam, nobis *statum* dici placet. ³ Sed cum in aliis omnibus inter scriptores summa dissensio est, tum in hoc præcipue videtur mihi studium quoque diversa tradendi fuisse: adeo nec qui sit numerus, nec quæ nomina, ⁴ nec qui generales quive speciales sint status, convenit. ⁵ Ac primum Aristoteles elementa de-

cem

¹ *Viderimus tamen.]* Hanc opinionem Fabius non improbat, sed exactius expendit, quasi non sit status, quæstio quæ appareat ex intentione & depulsione, sed in illa quæstione sit status. ut in hac quæstione, *anfecerit,* est conjectura: *an recte fecerit,* additis firmamentis & rationibus, status apparet. *Turn.*

² *In quo maxime res verteretur.]* Hoc intelligendum est de causa simplici. nam alioqui causa conjuncta plures habere causæ status potest æque principales, ut *repetundarum causa.* *Idem.*

³ *Sed cum in aliis.]* Nunc ad postremum membrum accedit, *Quot sint status:* in quo minor quam in duobus prioribus est auctorum diversitas. *Idem.*

⁴ *Nec qui generales.]* Generales sunt status, status rationales, *an sit, quid sit, quale sit:* speciales vero legales, quia sunt tanquam rationalium quædam species. *Idem.*

⁵ *Ac primum Arist.]* Usus prædicamentorum, quæ *κατηγορημας* vocat Aristoteles positum ajuat dialectici in vo-

cum certis ordinibus, ex quibus propositiones demum fiant, & quo pacto simplices res rationesque ad sua genera possint perducere, & immensa vocum rerumque turba in illos ordines descripta non amplius tumultuaretur. Fabius vero altius cernens retulit ad quatuor quæstiones, quas tractat *Arist. primo capite l. 2. post. & lib. primo Top.* Hæc autem *elementa,* inquit *Valla lib. 1. cap. 1. Dial.* Quintilianus vocat, quod sensus cæterorum vocabulorum ad ista tanquam ad elementa & principia referantur: ob eamque rem dicuntur *genera,* quod ex his cætera significata gignantur, & quæ sequuntur. Fortunatianus lib. 3. *ὑπερθεωρημας* partes, sine quibus nulla controversia fieri possit, similiter & Hermagoras *μυρία θεωρημας.* Theodorus *σοιχεία.* id est, *elementa,* quod ex eorum conjunctione quæstiones fiant, perinde atque ex literis syllabæ & verba connectuntur. Esse autem septem ait, quas Græci *ἄφορμους* vocant. Hæc ille. *Idem. Ac primum Aristoteles, &c.]*

cem constituit, circa quæ versari videatur omnis quæstio.
¹ *Ὀυσίαν*, quam Flavius *essentiam* vocat: ² neque sane aliud
 est ejus nomen Latinum: ³ sed ea quæritur an sit. ⁴ *Qualita-*
tem, cujus apertus intellectus est. *Quantitatem*, quæ dupli-
 citer à posterioribus divisa est, ⁵ quam magnum, & quam
 multum sit. ⁶ Ad aliquid unde ductæ *translatio* & *compara-*
tio. Post hæc ubi, & quando: deinde facere, pati: habere,
 quod est quasi armatum esse, & vestitum esse. Novissime,
καίᾳ, quod est ⁷ compositum esse quodammodo, ut ⁸ *sedere, sta-*
re,

les, &c.] *Στοιχεῖα* initia, ut mundi,
 vel humor vel ignis. Vel materia. Vel cor-
 pora insecabilia. Vide Boëth. l. 2. Arithm.
 Porphyrii fragment. de x. prædic. *Piib.*

¹ *Ὀυσίαν*, quam Flavius *essentiam*.] Vi-
 dendus M. Ant. Muretus Var. lect.
 libro 15. cap. 20. pag. 1153. Lamp.
 Crit. Part. 2. Seneca Epist. 59.

² *Nec sane est aliud ejus nomen Lati-*
num.] De hoc vide lib. 2. cap. 14. &
 l. 8. c. 3. Seneca item epistola quadam
 τὸ ὄν καὶ τὴν οὐσίαν latine exprimi posse
 negat. Flavius *essentiam* seu *entiam*, dura
 quidem, sed pene sola appellatione
 usus est. Nanque substantia *οὐσία* non
 exprimit, cum aliud esse intelligamus
εἶναι, aliud *substare* & *subsistere*, quod
 Græcis *ὑπάρχειν*. Certe neque *essen-*
tia neque *substantia* Cicero unquam est
 usus, sed antiquo verbo natura locis pe-
 ne infinitis, ut lib. *Tusc. quæst.* 1. Quod
 enim omnes dicunt, Aristotelem inve-
 nisse *quintam essentiam*, ille *naturam* ap-
 pellat his verbis: Aristoteles his omni-
 bus (Platonem semper excipio) præ-
 stans & ingenio & diligentia, cum qua-
 tuor nota illa genera principiorum esset
 complexus, è quibus omnia orirentur,
 quintam quandam naturam censet esse,
 è qua sit *mens*. Ubi vocabulum hoc usur-
 pat pro *οὐσία*, non pro *φύσις*. Quod
 & divus Augustinus non ignoravit, qui
 principio 2. libri de moribus *Manichæo-*
rum ait, Nam & ipsa natura nihil aliud
 est quam id quod intelligitur in suo ge-
 nere aliquid esse. Itaque ut nos jam no-

vo nomine ab eo quod est *esse* vocamus
essentiam, quam plerunque *substantiam*
 etiam nominamus: ita veteres qui hæc
 nomina non habebant, pro *essentia* &
substantia naturam vocabant. *Idem.*

³ *Sed ea quæritur an sit.*] *Substantiam*
 latius accipit Fab. quam Aristoteles,
 ut ad ea omnia pertineat, in quibus
 quæritur de rei (ut ita dicam) existentia:
 ac secutus est etymologiam nominis,
 & quæstionis rationem. *Idem.*

⁴ *Qualitatem.*] *Qualitatem*, & qua-
 lia Cic. etiam vocat, i. quæst. Acad.
 quas Græci *ποιότητες*: quod ipsum non
 est apud Græcos vulgi verbum, sed phi-
 losophorum. Ea est autem per quam di-
 cimus *quales*, id est, certa quadam affe-
 ctione præditi. *Idem.*

⁵ *Quam magnum, & quam multum.*] *Magnitudo*
 quantitas est continua, quæ
 copulatas aliquo termino habet partes:
multitudo vero quantitas est discreta,
 cujus partes non aliquo vinculo copu-
 lantur. *Idem.*

⁶ *Ad aliquid.*] *Πεῖς π*, quod Cic.
 in *Top.* vertit, id quod cum aliquo con-
 fertur, ut *duplum simplex*, *multa pauca*,
longum breve, *maius minus*. Ex quo du-
 plex emanat quæstio: comparativa, *Uter*
dux melior, *Scipio an. Annibal*; Translati-
 va, an huic in hunc sit agendi jus. *Idem.*

⁷ *Compositum esse.*] Hoc prædicamen-
 tum significat quandam corporis posi-
 tionem, & quendam situm: ut *rectum*
esse. *Idem.*

⁸ *Sedere, stare, jacere.*] Calefacere,
 stare, irasci.

re, jacere. Sed ex his omnibus prima quatuor ad status pertinere, cætera ad quosdam locos argumentorum videntur.

¹ Alii novem elementa posuerunt. ² *Personam* qua de animo, corpore, extra positus; quæritur: quod pertinere ad conjecturæ & qualitatis instrumenta video. ³ *Tempus*, quod *χρόνος* vocant, ex quo quæstio, An is quem ⁴ dum addicta est, mater peperit, servus sit natus. ⁵ *Locum*, unde controversia videtur, *An fas fuerit Tyrannum in templo occidere: an exulaverit qui domi latuit.* ⁶ *Tempus iterum*, quod *καιρός* appellant. Hanc autem videri volunt speciem illius temporis, ut æstatem, vel hyemem. ⁷ Huic subjicitur ille in pestilentia comestator. *Actum*, id est *περὶ τίνος*, quod eo referunt, *sciens commiserit, an insciens: necessitate, an casu, & talia.* *Numerum*, qui cadit in speciem quantitatis, ⁸ *An Thrasibulo triginta præmia debeantur, qui tot tyrannos sustulerit.*

Causam,

¹ *Alii novem elementa.]* Videtur hæc opinio esse Theodori. ille enim *circumstantias* appellat elementa. auctor *Fortunatianus*. Idem.

² *Personam.]* Cujus tripartitam esse volunt controversiam ex triplici bonorum genere, *corporis, animi, & extræ positorum* sive fortuitorum. quæ ad conjecturæ probationes pertinent, quod rei factæ aut fidem adferant aut detrahant: *ad qualitatem* vero, quod animus sæpe excusat injuriam, & tam corporis quam fortunæ præsidia & adjumenta in utraque partem qualitatis valent plurimum. Sed de hoc fufe lib. 5. Idem.

³ *Tempus.]* Intelligitur autem *tempus generale*, quod nullam habet circumfinitionem: dividiturque in *præteritum, præsens, & futurum*. Vide hac de re *Fabium* libro quinto. Idem.

⁴ *Dum addicta est mater.]* *Addicti* vocantur, qui obstricti ære alieno, cum solvendo non sint addicuntur à Prætorè ad corporis servitutem, donec opera paria faciat cum accepta pecunia. Idem.

⁵ *Locum.]* Locus ut in conjectura probationum, sic in qualitate materiam præbet quæstionum, auctore *Fab. l. 5.* Idem.

⁶ *Tempus iterum, quod καιρός.]* Speciale quoddam *tempus*, id est occasionem opportune an secus agendi. quædam enim alio alioque tempore melius geruntur. Idem.

⁷ *Huic subjicitur.]* *Fortuita* est hæc *ocasio*, unde trahitur illud declamationis argumentum, de eo qui invalescente peste epulas celebrabat, & passim se vino ciboque explebat, ut crimen totum illi ex eo confletur, quod per occasionem alienæ calamitatis ipse luxu diffunderet, itaque pestem invexisse & auxisse crederetur. Vide lib. 5. de locis argumentorum. Idem.

⁸ *An Thrasibulo.]* Lacedæmonii Atheniensibus superatis, triginta prætores imposuerunt, qui tyrannidem occuparunt, & à Thrasibulo sublati sunt: is tamen duntaxat corona oleagina donatus est. vide *Justinum*. Idem.

O 3

x *Causam.]*

¹ *Causam*, cui plurimæ subjacent lites, quoties factum non negatur, sed quia justa ratione sit factum, defenditur. Τέρον, cum id quod alio modo fieri licet, alio dicitur factum: hinc est *adulter loris casus, vel fame necatus*. Occasionem factorum, quod est apertius, quam ut vel interpretandum, vel exemplo sit demonstrandum: tamen ἀφορμὴς ἔργων vocant. Hi quoque nullam quæstionem extra hæc putant. Quidam detrahunt duas partes, *numerum & occasionem*: & pro illo quem dixi actu, subjiciunt res, id est περιγυμῶσι. Quæ ne præterisse viderer, satis habui attingere. ² Cæterum his nec status satis ostendi, nec omnes contineri locos credo: quod apparebit diligentius legentibus, quæ de utraque re dicam. Erunt enim plura multo, quam quæ his elementis comprehenduntur. ³ Apud plures auctores legi placuisse quibusdam, unum omnino *statum esse conjecturalem*. Sed quibus placuerit, neque illi tradiderunt, neque ego usquam reperire potui. Rationem tamen hanc secuti dicuntur, quod res omnis ⁴ signis colligeretur. ⁵ quo modo licet qualitatis quoque solum statum faciant: quia ubique qualis sit cuiusque rei natura, quæri potest. Sed utrocinque modo sequitur summa ⁶ confusio. ⁷ Neque interest unum quis statum faciat,

¹ *Causam.*] Huc pertinent omnes quæstiones causarum, in quibus jure factum defendimus. sed de his omnibus fusius *Fabius lib. 5.* de locis argumentorum. *Idem.*

² *Cæterum his.*] Communi utitur reprehensione, eamque breviter concludit. *Idem.*

³ *Apud plures.*] Nunc enumerat varias opiniones de statuum numero: quibus expositis quid ipse sentiat explicabit. *Idem.*

⁴ *Signis colligeretur.*] *Signum locus est conjecturalis.* est enim nota quædam quæ sub sensum cadit, & ex se aliquid indicat. hi autem signa accipiunt pro quacunque verisimili probatione, aut etiam necessaria, quæ in omnibus statibus re-

peritur. *Idem.*

⁵ *Quo modo licet.*] L. Valla codex habet, *Quo modo licet qualitatis, &c.* quæ lectio communior est. Reprehendit autem opinionem superiorem ab absurdo. *Idem.*

⁶ *Confusio.*] Sive enim conjecturam, sive qualitatem solam, magna quædam oriatur obscuritas, quia distingui in tot species quæstionum non possunt. *Idem.*

⁷ *Neque interest.*] Quemadmodum si nullus esset status definitus, labi nemo posset eo eligendo, cum fortuito obtigisset: ita si unum esse dicis, omnes similes facis causas, neque proinde errare poteris. naturam enim ducem sequeris. *Idem.*

I Con-

faciat, an nullum, si omnes causæ sint conditionis ejusdem. ¹ *Conjectura* dicta est à conjectu, id est directione quadam rationis ad veritatem: unde etiam somniorum atque ominum interpretes *conjectores* vocantur. Appellatum tamen est hoc genus varie, sicut in sequentibus apparebit. ² Fuerunt qui duos status facerent: Archidemus *conjecturalem*, & *finitivum*, exclusa *qualitate*, quia sic de ea quæri existimabat quid esset iniquum, quid injustum, quid dicto audientem non esse: quod vocat, ³ de eodem & alio. Hinc diversa sententia eorum fuit, qui duos quidem status esse voverunt, sed unum *inficiale*, alterum *juridiciale*. Inficialis, quem nos dicimus *conjecturalem*, cui ab inficiando nomen alii in totum dederunt, alii in partem, quia accusatorem conjectura, reum inficiatione uti putaverunt. *Juridicialis* est qui ⁴ *δικαιολογικός* Græce dicitur. Sed quemadmodum ab Archidemo qualitas exclusa est, sic ab his repudiata finitio. ⁵ nam subjiciunt eam juridiciali: quærendumque arbitrantur, justumne sit sacrilegium appellari quod objiciatur, vel furtum vel amentiam. Qua in opinione ⁶ Pamphilus fuit: sed *qualitatem* in plura partitus est: plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem de qua non constet, in rem de qua constet. Nam est verum, nec aliter fieri potest, quam ut aut certum sit factum esse quid, aut non sit. Si non est certum, conjectura sit: si certum est,

¹ *Conjectura.*] Quia status princeps est *conjectura*, unde ejus nomen trahatur, exponit: nempe à *conjectu*, qui est agitatio mentis solers ad veritatem signis eliciendam. De hoc vero fuse paulo post. *Idem.*

² *Fuerunt qui, &c.*] Pergit enumerare varias de numero statuum sententias. *Idem.*

³ *De eodem & alio.*] De eodem & alio appellamus, quando quid differentie sit inter res aliquas aut similitudinis, adjectis proprietatibus explicamus. *Idem.*

⁴ *Δικαιολογικός.*] Quia qui illo statu contendit, jura sua allegat. ita enim appellatur *δικαιολογία*. *Idem.*

⁵ *Nam subjiciunt.*] Non putant simpliciter quæri de facti appellatione oportere, sed annectendam *qualitatem*, ut fiat juridicialis mixtus. *Idem.*

⁶ *Pamphilus.*] Aut hic pictor fuit, sed idem (ut docet *Plinius*) doctissimus: aut pictoris Pamphili gentilis, unde à *Cicer.* I. *de Oratore* irridetur, quod in infulis artem rhetoricam scripserit. *Idem.*

est, reliqui status. Nam idem dicit Apollodorus, quum quæstionem aut in rebus extra positis, quibus conjectura explicatur, aut in nostris opinionibus existimat positam: quorum illud *πραγματικόν*, hoc *ᾧ ἐννοίας* vocat. Idem, qui *ἄπορον* & *προληπτικόν* dicunt, quo dubium & præsumptum significatur, de quo liquet. Idem Theodorus, qui de eo an sit, & de accidentibus ei quod esse constat, id est *ᾧ ἐπίστας* καὶ *συμβεβηκότων* existimat, quæri. Nam in his omnibus prius genus conjecturam habet, sequens reliqua. Sed hæc reliqua Apollodorus duo vult esse, *qualitatem*, & de nomine, id est finitivam: Theodorus, quid, quale, quantum, ad aliquid. ² Sunt & qui de eodem, & de alio, modo qualitatem esse, modo finitionem velint. In duo & Posidonius dividit, *vocem*, & *res*. In voce quæri putat an significet ³ quid, quam multa, quomodo: in rebus conjecturam, quod ⁴ κατ' αἰσθησιν vocat: & qualitatem: & finitionem, cui nomen dat ⁵ κατ' ἐννοίαν: & ad aliquid. ⁶ Unde & illa divisio est, alia esse scripta, alia in scripta. Celsus Cornelius duos & ipse fecit status generales, an sit, quale sit. Priori subjecit finitionem, ⁷ quia æque quæritur an sit sacrilegus qui nihil

1 *In rebus extra positis.*] Res extra positas vocat, *circumstantias*, *signa*, *tabulas*, *testimonia*, quæ primas habent in omni conjectura, quæque extrinsecus assumuntur ad conjecturæ probationem. Res positas in nostris opinionibus, dicit, quia in opinione iudicum est positum, debeatne hoc sic appellari, aut iustum existimari. *Idem.*

2 *Sunt qui de eodem.*] Cicero quoque hac in re est varius. nam in *Part.* idem & aliud subijcit finitioni: in *Topicis* vero, qualitati: ac si propriis notis & tanquam definitione differentiam aut similitudinem colligas, merito ad definitionem redigetur: sin autem accidentibus, ad qualitatem, de hoc autem fusius *lib. 7. Fab.* *Idem.*

3 *Quid, quam multa, quomodo.*] Sub voce quærendi, *formam*, quæ ab Aristo-

tele in Posterioribus, quid est, vocatur, comprehendit. Primum autem efficit *scriptum* & *voluntatem*. nam quæ voluntas sit legis & significatio, quæritur: secundum efficit *ambiguitatem*, quando verba in plures intellectus possunt trahi: tertium *ratiocinationem*. nam illic quæritur quomodo quod scripto comprehensum non videtur, à scripto significetur. *Idem.*

4 *Κατ' αἰσθησιν.*] Forte, quod facti probatio signis in sensum venientibus peragatur. unde secundum sensum *status* dicitur *conjecturalis*. *Idem.*

5 *Κατ' ἐννοίαν.*] Quod rationis vi & cogitationis probetur. *Idem.*

6 *Unde & illa divisio.*] Scripti, *legales* dicuntur: non scripti, *conjectura*, *qualitate* & *finitione* terminantur. *Idem.*

7 *Quia æque.*] Quia utrobique negatio:

nihil se sustulisse de templo dicit, & qui privatam pecuniam confitetur sustulisse. Qualitatem, in rem & scriptum dividit. Scripto, quatuor partes legales, exclusa translatione: quantitatem ¹ & mentis quaestionem, conjecturae subjecit. Est etiam alia in duos dividendi status ratio, quae docet aut de substantia controversiam esse aut de qualitate: ipsam porro ² qualitatem aut in summo genere consistere, aut in succedentibus. De substantia est conjectura. Quaestio enim tractatur rei, an facta sit, an fiat, an futura sit. Interdum etiam mentis: idque melius, quam quod iis placuit qui statum eundem facti nominaverunt, tanquam de praeterito tantum, & tantum de facto quaereretur. Pars qualitatis quae est de summo genere, raro in iudicium venit: quale est, ³ *id ne sit honestum, quod vulgo laudatur*. Succedentium autem aliae de communi appellatione, ut *sine sacrilegus, qui pecuniam privatam ex templo furatus est*. Aut de re denominata, ubi & factum esse certum est, nec dubitatur quid sit quod factum est. Cui subjacent omnes de *honestis, justis, utilibus*, quaestiones. His etiam caeteri status contineri dicuntur, ⁴ quia & quantitas modo ad conjecturam referatur, ut ⁵ *majorne*

tio: perfecta quidem in conjectura, in definitione quadantenus, nempe quoad facti illud nomen esse incipiamur. Celsus item finitionem conjecturae subjecit, quod videret nonnullas finitiones ad conjecturam accedere, eandemque in omnibus rationem esse existimaret. Est autem duplex quaerendi per finitionem forma seu ratio: una, cum quid sit res quaeritur, ut, *quid est homo?* Altera cum finitionem ipsam quaerimus, ut, *an homo sit animal rationale, mortale*: & hoc conjectura tractatur, prius vero nunquam ad eam accedit. *Idem.*

¹ *Et mentis quaestionem.*] Fabius quoque libro septimo duplicem facit conjecturam: alteram *rei*, alteram *mentis*, cum quaeritur quo animo fecerit. *Idem.*

² *Qualitatem aut in summo genere, &c.*] *Qualitas de summo genere sive infinita est,*

quando in universum qualis sit cujusque rei natura & forma, quaeritur. quaestiones autem haec vix in iudicium veniunt, interdum tamen in deliberationem: certe a philosophis fere solis tractantur.

Qualitas autem de succedente genere seu finita est, cum de rebus superiori subiectis particularius quaeritur, ut de utili, justo, honesto. haec quaestiones cadunt in deliberationem & iudicia frequenter. De hac autem divisione Fabius lib. 7. Idem.

³ *Id ne sit honestum.*] Qua in re Stoici diligenter differunt contra Cyrenaicos. *Idem.*

⁴ *Quia & quantitas modo, &c.*] De his vide fusius apud *Fab. lib. 7. Idem.*

⁵ *Majorne sol, &c.*] Nam mathematici ajunt undeviginti partibus majorem esse terra solem: *Epicurus* vero tantum esse

jorne Sol quam terra: modo ad qualitatem, *quanta poena quempiam quantove premio sit affici justum*: & ¹ translatio versetur circa qualitatem, & definitio pars sit translationis. quin & contrariae leges, & ratiocinativus status, id est syllogismus, & plerunque scripti & voluntatis, æquo nitantur: nisi quod hic tertius aliquando conjecturam accipit, quid senserit legis constitutor: ambiguitatem vero semper conjectura explicari necesse sit: quia cum sit manifestum verborum intellectum esse duplicem, de sola quaeritur voluntate. A plurimis tres sunt facti generales status, quibus & ² Cicero in oratore utitur, & omnia quæ aut in controversiam aut in contentionem veniant, contineri putat, ³ *Sitne, quid sit, quale sit*: quorum nomina apertiora sunt quam ut dicenda sint. Idem Patrocles sentit. Tres fecit & M. Antonius, his quidem verbis, *Pauca res sunt, quibus ex rebus omnes orationes nascuntur, factum, non factum: jus, injuria: bonum, malum*. ⁴ Sed quoniam quod jure dicimur fecisse, non hunc solum intellectum habet, ut lege, sed illum quoque, ut juste fecisse videamur: secuti ⁵ Antonium apertius voluerunt eosdem status distinguere. Itaque dixerunt *conjecturalem, legalem, juridicalem*: qui & ⁶ Virgilio placent. Horum deinde fecerunt species, ita ut ⁷ legali subjicerent finitionem, & alios qui ex scripto dicuntur: legum

esse quantum nobis videretur. *Anaximander* apud Plutarchum, solem æqualem facit terræ, circuitum vero ejus quo vehitur, septies & vicies esse majorem. conjecturalis itaque erit quaestio. *Idem*.

¹ *Translatio versetur, &c.*] Quia quaeritur justumne sit hac de causa rectam litis intentionem eludi. *Idem*.

² *Cicero in Oratore.*] Etiam in *lib. de Oratore ad Q. fratrem*. *Idem*.

³ *Sitne, quid sit, quale sit.*] Cicero libro 2.

⁴ *Sed quoniam.*] Quia enim cum dico, *jure feci*, non tamen lege licere dico, ideo Antonium secuti, inter jus

& injuriam, bonum & malum ut discrimen statuerent, primum statum conjecturalem: alterum, quo lege nitimur, *legalem*: tertium, quo rationis vi bonum esse contendimus, *juridicalem* nominaverunt. *Turneb.*

⁵ *M. Antonius.*] Eo opinor libro quem imperfectum inchoatumque reliquit. *Idem*.

⁶ *Virgilio.*] Item Cornificio in rhetor. ad Herennium. *Virgini* autem crebra est mentio apud Quintilianum & Plinium juniorem. *Idem*.

⁷ *Legali subjicerent fin.*] Quia in definitione vocabula scripti sunt explicanda. *Idem*.

gum contrariarum, quæ ἀντινομία dicitur: & scripti, & sententiae vel voluntatis, id est κατὰ ῥητόν, καὶ διάνοιαν: & μετέληψιν, quam nos varie *translativam*, *transsumptivam*, *transpositivam* vocamus: συλλογισμὸν, quem accipimus *rationativum*, vel *collectivum*: ambiguitatis, quæ ἀμφιβολία nominatur: quos posui, quia & ipsi à plerisque status appellantur, quibusdam legales potius quaestiones eas dici placuit. Quatuor fecit Athenæus. προτροπικῶς εἶσιν, vel παροινετικῶς, id est *exhortativum*, qui ³ *suasoriae* est proprius. ⁴ συντελικῶς, qua *conjecturam* significari, magis ex his quæ sequuntur, quam ex ipso nomine apparet ὑπαλλακτικῶς. ea finitio est, ⁵ *mutatione* enim nominis constat. Juridicalem, eadem appellatione Græca, qua cæteri, usus. Nam est (ut dixi) multa in nominibus differentia. Sunt qui ὑπαλλακτικῶς translationem esse existiment, secuti hanc ⁶ *mutationis* significationem. Fecerunt alii totidem status, sed alios, *an sit, quid sit, quale sit, quantum sit*: ut ⁷ Cæcilius & Theon. ⁸ Aristoteles in rheto-

1 *Ipsi à plerisque status appellantur.*] Nam status scripti à rationalibus oriuntur, & ad rationales reducuntur: peculiarem tamen habent tractatum, ut videantur potius esse quaestiones speciales à statibus ortæ, quam status: quo nomine Fortunatianus libro tertio eas appellat, ab inventore νομικῆς, à nobis *legales* dici asserens. *Idem.*

2 Παροινετικῶς.] Παρορμητικῶς. P.

3 *Suasoria.*] Quemadmodum ex Hermogene colligit Trapezuntius, statum negotiale proprium fecit suasoriae causæ. *Turneb.*

4 Συντελικῶς.] Sic fortasse, quia contracta & coëuntia argumenta sive signa ex quibus conjectura petitur, profunt, ut docebit *lib. 5. cap. 9.* & quod per se non sufficit, cæteris adjunctum, testimonii loco dicitur. συντελεῖν enim *proficere & ad summam conferre* significat.

5 *Mutatione enim nominis constat.*] Quia nomen quod intenditur ab actore,

à reo mutatur, & ejus loco aliud substituitur, ut, *concedo furtum esse, sacrilegium nego. Idem.*

6 *Mutationis significationem.*] Quia in translatione aut judicem, aut actorem, aut tempus, aut actionem mutamus. ὑπαλλάττειν autem *mutare* est. *Idem.*

7 *Cæcilius & Theon.*] De Cæcilio dictum est ante: Theon verò hic est, cujus adhuc circumferuntur progymnasmata rhetorica. *Idem.*

8 *Aristotel. in Rhet.*] *Lib. 1. cap. 3.* sub oratoris materia status intelligens, tria subdit omnibus causarum generibus, *veritatem*, quam existimat esse in propositionibus de possibili, contingenti & necessario, in quibus per conjecturam quaerimus sitne res vera quæ facta dicitur. Deinde *justa & injusta*, quæ ille petenda & fugienda vocat pro facti conditione: in quibus qualitas est. Quaestiones deinde de eodem & alio (ὅτι πῶς καὶ ἑτέρως) in quibus quam multum & quam magnum quaeritur, quæ

rhetoricis etiam sic omne opus dividit, in veritatem, & petenda ac fugienda, quod est suaforiæ: & eodem atque alio partiendo ad hoc pervenit, ut, *an sit, quid, quale, quantum, & quam multum sit*, quærendum putet. Quodam tamen loco finitionis quoque vim intelligit, quo dicit quædam sic defendi, ¹ *Sustuli, sed non furtum feci: Percussi, sed non injuriam feci.* ² Posuerat & Cicero in libris rhetoricis, facti, nominis, generis, actionis: ut in facto conjectura, in nomine finitio, in genere qualitas: in actione jus intelligeretur. Juri subjecerat translationem. Verum hic legales quoque quæstiones alio loco ³ tractat ut species actionis. ⁴ Fuerunt qui facerent ⁵ quinque, *conjecturam, finitionem, qualitatem, quantitatem, ad aliquid.* ⁶ Theodorus quoque (ut dixi) iisdem generalibus capitibus utitur, *an sit, quid sit, quale sit, quantum sit, ad aliquid.* Hoc ultimum maxime in comparativo genere versari putat: quoniam melius ac pejus, majus & minus, nisi alio relata non intelliguntur. Sed in illas quoque translativas, ut supra significavi, quæstiones incidunt, an huic jus agendi sit, vel facere aliquid conveniat, an contra hunc, an hoc tempore, an sic. Omnia enim

quæ quantitatis sunt species. Alio deinde loco *definitionem* enumerat, ita ut cum Cæcilio & Theone consentire videatur. *Idem.*

¹ *Sustuli, sed non.]* Οἷον λαθεῖν μὲν, ἀλλὰ ἔκλεψαι. καὶ παρὰ τὴν πρῶτην ἐγν, ἀλλ' ἔχ' ὑβρίσσει, & quæ sequuntur. *Idem.*

² *Posuerat & Cicero.]* Cicero lib. de *Inventione* quatuor videtur status posuisse, ob idque hic inter eos à Fabio numerari qui quatuor fecere. differt tamen à superioribus, quod *quantitatis* aut exhortativi loco, nunc *translationem*, nunc *actionem* ponit, & sub ea quæstiones omnes legales, ut in *Partitionibus*. *Idem.*

³ *Tractat ut species actionis.]* *Actionem* paulo latius accipimus, ut jus agendi significet, & legis actionem. ac tum

legis & juris adjumento petitionem summovebimus, *translatio* erit: cum vero ex præscripto legum & juris actionem intendemus, & apud judicem rem petemus, *status legales* orientur. *Idem.*

⁴ *Fuerunt qui facerent quinque.]* Hi tribus illis vulgaribus, *an sit, quid sit, quale sit*, adjungunt *quantitatem*, & ad *aliquid*: ignorantes hæc posse ad *qualitatem* referri. *Idem.*

⁵ *Quinque.]* In *partitione*.

⁶ *Theodorus.]* Theodorum ante inter eos recensuit, qui duos status facerent, qui quæstiones omnes in his versari ait, *an sit*, & *accidentibus ejus*: nunc inter eos qui quinque ponunt status, quoniam *accidentia* in quatuor generales quæstiones dividebat, *quid sit, quale, quantum, ad aliquid.* Turneb.

τ *Alii*

enim ista referri ad aliquid necesse est. ¹ Alii sex status putant: *conjecturam*, quam ² *γένεσιν* vocant, & *qualitatem*: & *proprietaem*, id est ³ *ιδιότητε*, quo verbo finitio ostenditur: & *quantitatem*, quam ⁴ *ἀξίαν* dicunt: & ⁵ *comparationem*: & *translationem*, cujus ⁶ ad hoc novum nomen inventum est *μετέσχεσις*. novum inquam in statu, alioqui ab Hermagora inter species juridiciales usitatum. ⁷ Aliis septem esse placuit: à quibus nec translatio, nec quantitas, nec comparatio recepta est: sed in horum trium locum subditæ quatuor legales, adjectæque tribus illis rationalibus. Alii pervenerunt usque ad octo, translatione ad septem superiores adjecta. A quibusdam deinde divisa ratio est, ut status rationales appellarent, quæstiones (quemadmodum supra dixi) legales. In illis de re, in his de scripto quæreretur. Quidam in diversum hos status esse, illas quæstiones maluerunt. ⁸ Sed alii rationales tres putaverunt, *an sit, quid sit,*

1 *Alii sex.*] Hi ad quinque superiores translationem constituunt generale caput, quam Theodorus partem fecit quæstionum *ad aliquid*. Idem.

2 *Γένεσιν*] Qua quæritur de origine seu effectu, *factumne sit, & à quo*. Idem.

3 *Ιδιότητε*.] Fortunatianus, Altera rationalis est quæstio, quam Hermagoras *finem* vocat, Theodorus *ιδιότητε*, id est *de proprietate*: quidam *quid sit*, nonnulli de eodem & altero, *ὅτι ἔστιν ἢ ἐπέε*. hæc enim definitioni attribuitur, quod nimirum definitio ita rem exæquare debet, ut nec se latius extendat, nec angustius contrahatur. Idem.

4 *Ἀξίαν*.] Quia cum quantitate est, ut ostendatur *rei dignitas vel indignitas*, & similia, quo fere omnes quantitatis quæstiones in civili disputatione susceptæ referuntur. Idem.

5 *Comparationem*.] *Ad aliquid*. Idem.

6 *Ad hoc*.] Præter hoc quod prius ab aliis vocaretur *μετέσχεσις*, essetque non status, sed pars juridicialis status,

& assumptivæ qualitatis species una, & relatio criminis ab Hermogene vocatur: primum novo nomine *μετέσχεσις* dicta est, ut inter status poneretur. Alii tamen hic *μετέληψις* legi malunt, quod sic ab Hermogene vocetur, qui Hermagoram nobis proxime expresserit. Idem.

7 *Alii septem esse placuit.*] Tres consuetos, qui *rationales* appellantur, quod eorum quæstiones extra scriptionem positæ, in rationis usum veniunt: & quatuor legales. Qui octo faciunt, his septem *translationem* addunt. Idem.

8 *Sed alii rationales.*] Rationales status nonnulli faciunt duos, *an sit, & quale*: alii tres, *quid sit* addentes. Hermagoras quatuor, tribus his *qualitatem* subjungens. Quam dividit in *rem & personam*. in *negotialem & judicialem*: has quatuor speciales facit, & quatuor primis generalibus subiectas. In eadem est opinione Fortunatianus, ac quatuor rationales facit, ut libenter solet imitari Hermagoram. Idem.

1 *Nego-*

fit, quale sit: Hermagoras solus quatuor, *conjecturam*, *proprieta-
tatem*, *translationem*, *qualitatem*, quam per accidentia,
id est *κατὰ συμβεβηκότα* vocat, hac interpretatione, an illi ac-
cidat viro bono esse, vel malo. Hanc ita dividit, de appe-
tendis & fugiendis, quæ est pars deliberativa. De perso-
na, ea ostenditur laudativa. ¹ Negotialem quam *πραγματικὴν*
vocat, in qua de rebus ipsis quæritur remoto personarum
complexu, ut, *Sitne liber* ² *qui est in assertione*: ³ *an divitiæ su-
perbiam pariant*: *an justum sit quid*, *an bonum sit*. Juridicialem,
in qua fere eadem, sed certis destinatisque personis quæ-
rantur: *an ille juste hoc fecerit vel bene*. Nec me fallit, in pri-
mo Ciceronis rhetorico aliam esse ⁴ loci negotialis inter-
pretationem, cum ita scriptum sit, *Negotialis est*, in qua
quid juris ex civili more & æquitate sit, consideratur: cui
diligentiæ ⁵ præesse apud nos jurisconsulti existimantur.
Sed quod ipsius de his libris iudicium fuerit, supra dixi.
Sunt enim velut regestræ in hos commentarios, quas adole-
scens deduxerat ⁶ scholæ: & si qua est in his culpa, traden-
tis est: sive eum movit, quod Hermagoras prima in hoc
loco posuit exempla ex quæstionibus juris, sive quod Græci
⁷ *πραγματικὸς* vocant juris interpretes. Sed Cicero quidem
his pulcherrimos illos de oratore substituit, ideoque cul-
pari

¹ *Negotialem.*] *Negotialis status* secun-
dum Hermagoram est, cum de negotio
quæritur, quale tandem sit, remotis
personarum circumstantiis: secundum
Hermogenem, status est qualitatis de
futuro, ut, *agendumne aliquid, an non?*
Idem.

² *Qui est in assertione.*] *Assertio* est
iudicium de alicujus libertate constitu-
tum: ut si quis statu liber in jus vocare-
tur, ut in servitutem assereretur. *causa*
vero *liberalis* vocatur. Idem.

³ *An divitiæ superbiam pariant.*] So-
let enim opulentiæ comes esse insolentia
& fastus. quod & philosophi tra-
diderunt. Idem.

⁴ *Loci.*] Vocem *loci*, quidam tollunt.
Lib. I. de Invent.

⁵ *Præesse apud nos, &c.*] Nam Romæ
jurisconsulti de jure responsa dabant,
ac si aliquis civis quidpiam esset acturus,
illos consulebat an fieri posset ex more
civili & æquitate. Turneb.

⁶ *Scholæ.*] Scholæ hic ut Cic. Tusc.
quæst. lib. I. *pro disputationibus accipe*:
itaque digere, *sunt e. v. scholæ regestræ in*
b. com. quas s. scholas, adolefc. deduxerat.

⁷ *Πραγματικὸς* vocant.] *Pragma-
tici* sunt apud Græcos, ut *jurisconsulti*
apud Latinos, qui advocatis juris ra-
tionem olim suppeditabant, formulas
& actiones illis explicabant. De his vide
lib. I2. Fab. & Budæum in *Post. annota-
tionibus in Pandectas*. Turneb.

pazi tanquam falsa præcipiat, non potest. Nos ad Hermogoram. ¹ *Translationem* hic primus omnium tradidit, quam semina ejus quædam citra nomen ipsum ² apud Aristotelem reperiuntur. ³ Legales autem quæstiones has fecit, scripti & voluntatis (quam ipse vocat *κατὰ ἦντόν*, καὶ ὑπερ-*ἔαιρεσιν*, id est dictum, & ⁴ exceptionem: ⁵ quorum prius ei cum omnibus commune est, exceptionis nomen minus usitatum) ratiocinativum, ambiguitatis, legum contrariarum. ⁶ Albutius eadem divisione usus, detrahit translationem, subjiciens eam juridiciali. In legalibus quoque quæstionibus nullum putat esse qui dicatur *ratiocinativus*. ⁷ Scio plura inventuros adhuc qui legere antiquos studiosius volent: sed ne hæc quoque exceßerint modum, vereor. Ipse me paulum in alia quam prius habuerim opinione, nunc esse confiteor. Et fortasse tutissimum erat famæ modo studentis, nihil ex eo mutare, quod multis annis non sensissem modo, verumetiam approbassem. ⁸ Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulanti, in eo præsertim opere, quod ad bonorum juvenum aliquam utilitatem componimus, in ulla

¹ *Translationem hic primus.*] Cicero idem lib. I. de Invent. testatur: Hujus, inquit, constitutionis Hermagoras inventor existimatur esse, non quia non sint usi ea veteres oratores sæpe multi, sed quia non animadverterint artis scriptores superiores, neque retulerint in numerum constitutionem, &c. Idem.

² *Apud Aristotelem.*] In *rheticis ad Theodecen*. Idem.

³ *Legales.*] Item Fortunatianus lib. I. ex Hermagora tradit 4. legales status. Idem.

⁴ *Exceptionem.*] *Exceptionem* posuit pro voluntate, quia quando contra scriptum dicimus, ex factis plerisque & exemplis colligimus exceptiones adversus scriptum. Idem.

⁵ *Quorum prius.*] *ἦντόν* proscripto dicere, commune est omnibus: pro voluntate, quæ aliis *ἀγνοία* dicitur, ὑπε-

ἔαιρεσις vox est Hermagoræ peculiaris. Idem.

⁶ *Albutius.*] Hic distat ab Hermagora, quod *translationem* ex rationalibus quæstionibus semovet, & subjungit legalibus, sub qualitate complexus: à legalibus vero *ratiocinationem* tanquam supervacua removel. Quod & Cic. 2. de Orat. & in *Partitionibus* quoque facere videtur. Idem.

⁷ *Scio plura inventuros.*] Post longam enumerationem opinionum, quid ipse sentiat exponit: sed cum ab ea opinione quam per viginti annos defenderat, nunc desciscat, utitur procatasceue, & merito se palinodiam canere posse indicat. Idem.

⁸ *Sed non sustineo, &c.*] Hellenismus est, cujus meminit Budæus duobus locis commentariorum Græcorum. Idem.

1 Hippo-

ulla parte iudicii mei. Nam & ¹Hippocrates clarus arte medicinae, videtur honestissime fecisse, qui quosdam errores suos ne posterii errarent, confessus est. Et ²M. Tullius non dubitavit aliquos jam editos libros aliis postea scriptis ipse damnare, sicut ³Catulum atque Lucillum, & hos ipsos de quibus modo sum locutus, artis Rhetoricae. Et enim *supervacuum foret in studiis longior labor, si nihil liceret melius invenire praeteritis.* Neque tamen quicquam ex his quae tum praecipui, supervacuum fuit: ad easdem enim particulas haec quoque quae nunc praecipiam, revertentur. Ita neminem didicisse poeniteat. Colligere tantum eadem, ac ⁴disponere paulo significantius conor. Omnibus autem satisfactum volo. non me haec serius demonstrare aliis, quam mihi ipse persuaserim. ⁵Secundum plurimos auctores servabam tres rationales status, *conjecturam, qualitatem, finitionem*, unum *legalem*. Hi mihi status generales erant. Legalem in quinque species partiebar, scripti & voluntatis, legum contrariarum, collectivum, ambiguitatis; translationis: ⁶nunc quartum ex generalibus intelligo posse removeri.

1 Hippocrates.] Hippocrates, ut est lib. ἐπιδημιῶν ε, in cuiusdam curatione qui lapide percussus fuerat in syncipite, se deceptum fuisse scribit ex ratione futurarum capitis. Quod etiam meminit Celsus lib. 8. cap. 4. De futuris se deceptum esse, Hippocrates memoriae prodidit, more magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habentium. Nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro convenit etiam veri erroris simplex confessio, praecipue in eo ministerio, quod utilitatis causa posteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione qua quis deceptus est. Idem.

2 M. Tullius.] Lib. epist. ad Atticum 13.

3 Catulum.] Cicero primum duos libros Academicarum quaestionum scripserat, quos Catulo & Lucullo dicaverat:

eosdem postea amplificavit, & in quatuor est partitus, ad Varronem Atticumque transferens. De qua & sic Cicero lib. 13. epist. ad Atticum: Ergo illam ἀναδημιῶν, in qua homines nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi minus acute loquuntur, ad Varronem transferamus. et enim sunt ἀπιοχῆαι, quae iste valde probat. Catulo & Lucullo alibi reponeamus. Idem alibi, Totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transfuli que ad nostram sodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor. grandiores sunt omnino quam erant, &c. q. seq. Turneb.

4 Disponere.] Ἀνατιζῶντες.

5 Secundum plurimos.] Haec est antiqua Fabii sententia. Turneb.

6 Nunc quartum ex, &c.] Cum Fabius conjecturam, finitionem, & qualitatem dixisset, non debuit addere statum legalem ut generalem, quia status legales ad conjecturam, finitionem, & qua-

veri. ¹ Sufficit enim prima divisio, qua diximus alios rationales, alios legales esse: ² ita non erit status, sed quaestionum genus: alioqui & rationalis status esset. Ex his etiam quos speciales vocabam, ³ removi *translationem*: frequenter quidem, sicut omnes qui me secuti sunt, meminisse possunt, testatus, & in ipsis etiam illis ⁴ sermonibus me nolente vulgatis, hoc tamen complexus, vix in ulla controversia translationis statum posse reperiri, ut non & alius in eadem recte dici videretur: ideoque à quibusdam eum exclusum. Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus fere causis, in quibus ⁵ cecidisse quis formula dicitur, ⁶ hæc sint quaestiones, *an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere, & si* qua sunt talia: sed

qualitatem reducuntur: quia tamen specialem quandam habent tractatum & proprium, idcirco status speciales sunt & quaestiones. *Idem.*

¹ *Sufficit enim prima divisio.*] Ita dividere oportet, ut dicamus *statum omnem esse in scripto aut re*, quæ tamen referantur ad *conjecturam, finitionem, & qualitatem*: ita cum conjecturam, finitionem & qualitatem dixeris, si legalem statum addas, peccaveris, quia conjectura modo status est rationalis, modo legalis. *Idem.*

² *Ita non erit status.*] Id est, legale nomen non significabit unum certum statum: alioqui hæc dictio rationalis status esset, & unum quandam statum auribus redderet. Itaque cum quaestiones omnes recte divisæ sint in *rationales*: rationale quaestionis genus non facimus statum, ergo legale etiam potius quaestionis genus quam status debet existimari. *Idem.*

³ *Removi translationem.*] *Translationis statum* esse supervacaneum Fabius docet. nam *statum* appellat, quod totam controversiam explicat. itaque non est in prima quaestione consistendum, si rem totam satis non explicat sine rationibus. illic enim status est in judicatio-

ne. Contra sentit Hermagoras referente Fortunatiano *lib. 3.* item Trapezuntius *lib. 1. & 2.* Cicero certe inter praecursorias quaestiones numerat: nec tamen dissimulat in tractatu praecipue qualitatis includi, quia jus agendi etiam sit qualitas. At Cicero primam respiciebat quaestionem: Fabius, quod ante dixi, ulterius pergendum putat, nec in illa prima & lata quaestione pedem esse figendum. *Idem.*

⁴ *Sermonibus illis.*] Duobus rhetorice libris, de quibus in praefatione totius operis meminit. *Idem.*

⁵ *Cecidisse formula.*] Hujusmodi erat ratio juris apud Romanos, ut si quis male actionem intenderet, aut plus peteret quam deceret, causam perderet, quod Latine dicitur *formula cadere, & causa cadere*. ideoque in his ad translationem confugere cogebantur. *Idem.*

⁶ *Hæc sint quaestiones.*] Cicero *1. de Inventionem*: At cum causa ex eo pender, quod non aut is agere videtur quem oportet, aut non cum eo quicum oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua poena oportet, *translativa* dicitur *constitutio*, quia actio translationis & commutationis indigere videtur. *Idem.*

sed personæ, tempora, actiones, cæteraque propter aliquam causam transferuntur, ita non est in translatione quæstio, sed in eo propter quod transferuntur. ² Non debes apud Prætorem petere ³ fideicommissum, sed apud consules: ⁴ major enim prætoriam cognitionem summa est. quæritur *an major summa sit*: facti controversia est. Non licet tibi agere mecum: ⁵ cognitor enim fieri non potuisti. iudicatio est, *an potuerit*. Non debuisti ⁶ interdicerere, sed petere: an recte interdictum sit, ambigitur. Quæ omnia succedunt legitimis quæstionibus. ⁷ An non præscriptiones,

1 *Sed persona.*] Nam actionem in personam aliam transferimus, aut in tempus aliud dilationem petimus, aut alia formula iudicium à Prætore dictari volumus: non id temere postulantes, sed ob certam aliquam interpositam causam: ad quam nisi petitor aliquid opponit, litem non habet. quamobrem non erit disceptandum *de translatione*, id est de mutanda actione, quod initio tantum ponitur, sed de ea quæstione quæ causam continet, propter quam mutari genus actionis postulamus. *Idem*

2 *Non debes apud Prætorem.*] Translatio. *Major enim prætoriam, &c.*] Ratio propter quam transfertur. *Facti controversia est.*] Id est, status conjectura. Cum si in translatione 90 esset juris fuerit controversia futura. *Non licet.*] Translatio. *Cognitor enim, &c.*] Rogatio. *An potuerit.*] Status finitio. *Non debuisti interd.*] Translatio. *An recte interd.*] Non enim possides. an possideat ambigitur. *Ambigitur.*] Status qualitas. *Pithæus.*

3 *Fidei commissum.*] Exemplum ponit. Fidei autem commissum hæreditas est & pecunia, quæ cum non possit ex jure civili alicui relinqui, fidei hæredi committitur, ut cum hæreditatem adierit, eam rem illi restituat cui dari voluit testator. *Turneb.*

4 *Major enim prætoriam, &c.*] Valla hunc locum ita interpretatur, ut existimet Prætorem de causis cognovisse ad

certam usque summam, ultra quam ad eundem erat consul. *Budæus* tamen summam non ad pecuniam & magnitudinem causæ refert, sed ad consularem cognitionem, quæ summa erat. nam olim consules de fideicommissis iudicabant, ut apparet ex Institutionibus. Postea tamen creatus est *Prætor fideicommissarius*. *Idem.*

5 *Cognitor enim fieri.*] Nemo, ut Cicero ait, alterius nomine agere potest, nisi sit factus cognitor. Est autem *cognitor*, qui causam absentis ita tuetur ut suam, inquit *Asconius*, quem vulgo *procuratorem* & *solicitatorem* appellamus. *Idem.*

6 *Interdicere.*] Interdictum jus est Prætoris ad recuperandum aut locum aut rem aliam, unde per vim ejectus fueris. inde *interdicere* pro interdictum ferre. Et quia est rei communis proprie, & cujus usus omnibus debeat competere, non debet tali re interdicerere, nisi qui summa fungatur potestate: & ideo minor magistratus non debet interdicerere, sed petere à majore ut interdicit. *Idem.*

7 *An non præscriptiones.*] Duplex est translatio Fabio, altera quæ intentioni è diverso repugnat, quæ aliquanto est obscurior: altera quæ totam intentionem non oppugnat, sed eam restringit & limitat aliquo casu & aliquo scripto. quæ *præscriptio* vocatur, à præscribendo dicta, quod eleganter *transferre* significat,

nes, etiam in quibus maxime videtur manifesta translatio, easdem omnes species habent, quas eæ leges, quibus agitur, ut aut de nomine, aut scripto & sententia vel ratiocinatione quærat, deinde status ex quæstione oriatur: translatio non habeat quæstionem de qua contendit orator, sed propter quam contendit? Hoc apertius: *Occidisti hominem, non occidi*: quæstio, *an occiderit*: status, conjectura. Non est tale, *Habeo jus actionis, non habes*: ut sit quæstio, *an habeat*, & inde status. Accipiat enim actionem, necne; ad eventum pertinet, non ad causam: & ad id quod pronuntiat iudex, non id propter quod pronuntiat. Hoc illi simile est, *Puniendus es, non sum*: videbit iudex *an puniendus sit*: sed non hîc erit quæstio, nec hîc status. Ubi ergo? *Puniendus es hominem occidisti: non occidi*: an occiderit. *Honorandus sum, quia tyrannum occidi: non occidi*: quæstio, & status. Similiter, non recte agis, ignominiosus. quæritur *an ignominiosus sit*, aut *an agere ignominioso liceat*: & quæstio est, & status. Ergo translativum genus causæ est, ut comparativum, & mutua accusa-

cat, quæ etiam *exceptio* dicitur, à Græcis *ὑποκατάθεσις*, quasi actionem summovens, & quædam exclusio, quæ interponi cuique rei solet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationis nemve deductum est. De his autem fuisse. *Bud. in Pand. & comment. Græcænicis, & Fab. lib. 7. cap. 6.* Idem.

1 *Ut aut de nomine.* *ἢ ἢ ἀμφιβολίας* quæ conjectura continetur. *Pith.*

2 *Translatio non habeat, &c.* In translatione non subsistendum est in ea quæstione de qua contendimus, sed ad eam veniendum propter quam iudicium transferimus. alii hoc modo explicant, ut quæstionem de qua contendamus existiment ipsam iudicationem quæ propter iudicii translationem tractetur. *Turnebus.*

3 *Non est tale, Habeo jus.* Si qua eruenda esset quæstio, ea esset huiusmodi, an habeat actionem: quæ cum status non possit dici, nullus utique fue-

rit translativus status. Id enim quod causam non aperit, sed ab exitu causæ pendet, status causæ esse non potest. *Idem. Habeo jus actionis.* Recte ago ut infra dicitur 25. Et est Præscriptionis exemplum. *Pithæus.*

4 *Non id propter quod.* Si enim pronuntiat non habere illum actionem, non ob hoc ipsum pronuntiat, sed propter eam rationem quæ subjecta erat præscriptioni. *Idem.*

5 *Ergo translativum genus causæ, ut.* Hæc est vera lectio, & antiqua, quam Raphaël corrumpit hoc sensu, Translatio status non est, sed species causæ judicialis, in quam diversi cadunt status: eadem ratione, qua dicuntur quædam causæ, causæ comparativæ, in quibus non simpliciter de re contenditur, sed ex comparatione: & ut dicuntur *ἀντιμαρτυρησιαί*, id est *recriminationes*, quando utraque pars alteram insectatur & accusat. *Turneb.*

cusationis. ¹ Etenim simile est illi, *habeo jus, non habes: occidisti, recte occidi*. Non nego: sed nec res hæc statum facit. non enim sunt hæc propositiones, alioqui causa non explicabitur; sed cum suis rationibus: ² *Scelus commisit Horatius, sororem enim occidit: non commisit*; debuit enim occidere eam, quæ hostis morte mœrebat. quæstio, an hæc justa causa. ita qualitas. Ac similiter in translatione, non habes jus abdicandi, quia ignominioso non est actio. habeo jus, quia abdicatio actio non est. ³ quæritur *quid sit actio*. finiemus. *non licet abdicare*: syllogismus. Item cætera per omnes & rationales & legales status. ⁴ Nec ignoro fuisse quosdam qui translationem in rationali quoque genere ponerent, hoc modo, *Hominem occidi jussus ab imperatore. dona templi cogenti tyranno dedi*. ⁵ deserui, tempestatibus, fluminibus, valetudine impeditus, id est, non per me stetit, sed

¹ Etenim simile illi est, &c.] Propositiones appellat quibus tota causa volvitur. Earum autem duplex est ratio: aliæ enim intentione & depulsione sine rationibus satis explicant causam, ut conjecturales, *occidi, non occidi*. Aliæ autem nisi rationes habeant adjunctas, non satis rem explicant. ut, *occidi jure, injuria occidisti*: nisi rationes adjungas, causa non satis explicabitur. Igitur status in prioribus erit statim ex intentione & depulsione: in his vero non antea erit intentio aut depulsio integra, quam adjunctæ sint rationes. *Jure interfeci Clodium, quoniam insidiator erat: injuria tu interfecisti, quoniam non licuit indemnatum interficere*. Idem.

² Scelus commisit Horatius.] Horatius interfectis tribus Curiatis cum eorum paludamentis victor in urbem revertens, sororem obviam, quæ agnito sponsi Curiatii paludamento lugebat, gladio transfixit. historia nota est ex primo libro Livii ab urbe condita. vide Dionysium lib. 3. & Augustinum lib. 3. cap. 14. de civitate Dei. Idem.

³ Quæritur quid sit actio.] Actionem appellarunt veteres Prætores libellum

per quem liceret justum persequi: unde est illud apud Ciceronem, *Dare actionem*, quod agendi potestatem facere significat. Est autem in hujusmodi controversiis reo atque accusatori *limitatione* & *sylogismo* utendum: at accusatori *limitatione*, reo vero *sylogismo*. Idem.

⁴ Nec ignoro fuisse, &c.] Quidam translationem speciem faciunt qualitatis assumptivæ, quæ remotio criminis appellatur & *metastasis*, cum à nobis culpam removemus, & in hominem aut rem transferimus. Idem. *Nec ignoro fuisse quosdam qui translationem, &c.*] Hic quosdam translationem non actionis solum intellexisse ait, sed cum facti causa in alium transfertur. Ita translationi locum fuisse etiam in statibus rationalibus, quorum opinionem improbat: translationis appellationem ad actiones quæ transferuntur, solum pertinere scribens. Cum causa facti transfertur non translationem, sed qualitatis statum esse. *Pitæus*.

⁵ Deserui.] Deserere dicitur (ut ait Modestinus) miles, qui diu vagatus ad castra revertitur: *emanere* vero, qui diu vagatus ad castra reducitur. *Turneb.*

I Qaa-

sed per illa. A quibus etiam liberius dissentio. Non enim actio transfertur, sed causa facti: quod accidit pene in omni defensione. Deinde is qui tali utitur patrocinio, non recedit à forma qualitatis. dicit enim se culpa vacare, ut magis ¹ qualitatis duplex ratio facienda sit, altera, qua & factum defenditur: ² altera qua tantum reus. Credendum est igitur iis, quorum auctoritatem secutus est Cicero, ³ tria esse quæ in omni disputatione quærantur, *an sit, quid sit, quale sit*: quod ipsa nobis etiam natura præscribit. nam primum oportet subesse aliquid de quo ambigitur: quod quid sit, & quale sit, certe non potest aestimari, nisi prius esse constiterit: ideoque ea prima quæstio: ⁴ sed non statim quod esse manifestum est, etiam quid sit apparet. Hoc quoque constituto, novissima qualitas superest: nec his exploratis aliud est ultra. ⁵ His infinitæ quæstiones, his finitæ continentur. Horum aliqua in demonstrativa, deliberativa, judiciali

¹ *Qualitatis duplex ratio.*] Duplex est qualitas: *absoluta*, qua factum esse iustum & rectum contendimus: *assumptiva*, qua quod per se rectum probare non possumus, assumptis adiumentis ita defendimus ut reum non esse culpandum ostendamus. *Idem.*

² *Altera qua tantum reus.*] Cum non factum defendit, sed causam facti transfert in maiorem vim, iustum Imperatoris, metum, flumen, valetudinem. *Pithæus.*

³ *Tria esse quæ, &c.*] Ciceronem sequutus Fabius fufius sententiam suam explicat de numero statuum, omnemque ait pendere quæstionem à *conjectura, finitione & qualitate*, ita tamen ut quædam inde veluti simulachra nascantur, quæ propriam tamen faciem ostendant: igitur *speciales status* appellabuntur, ut *scriptum & voluntas, contrariæ leges, &c.* Tria hæc quæstionum seu statuum genera Cicero posuit multis in locis, & qui post eum de rhetoricis scripserunt. Aristoteles autem tribus his quartum addidit genus *lib. 2. Analyticôn*, quod

vocavit *propter quid*, seu *recte sit factum*, ut Cicero ait. quam quæstionem, si Ciceronem auctorem *lib. 2. de Oratore* sequimur, ad *qualitatem*, non ad *finitionem* referemus. Idem Cic. & alii eum sequuti, tria hæc quæstionum genera rebus civilibus subjecerunt: quod Rodolphus Agricola non æque probat, asserens, quicquid orator quærit, ad qualitatem pertinere: nec enim *an sit & quid sit*, in forum venire posse: verbis certe magis quam re ab iis dissidens. Cujus rei ampliorem sententiam si quis requirat, ipsum legat *lib. 2. cap. 6. & 7.* Turneb.

⁴ *Sed non statim.*] Ut privatam pecuniam in templo esse captam manifestum est, nondum tamen apparet, furtumne an sacrilegium sit. *Idem.*

⁵ *His finitæ, &c.*] Per analogiam & proportionem inquam, quia non est eadem conjectura reliquorumque statuum ratio in *thesi & hypotesi*, sed è simili sibi responder, & in genus convenit. finitas & civiles in tria genera causarum partitur, & in unoquoque hos

diciali materia utique tractantur. ¹ Hæc rursus judiciales causas & rationali parte & legali continet. Nec enim ulla juris disceptatio, nisi finitione, qualitate, conjectura potest explicari. Sed instituentibus rudes, non erit inutilis latius primo fusa ratio, etsi non statim ² rectissima linea tensa, facilior tamen & apertior via. Discant igitur ante omnia quadripertitam in omnibus causis esse rationem, quam primam intueri debeat qui acturus est. ³ Nam ut à defensore potissimum incipiam, longe fortissima tuendi se ratio est, *si quod objicitur*, ⁴ *negari potest*. ⁵ Proxima, *si non id quod objicitur, factum esse dicitur*. ⁶ Tertia honestissima, *qua recte factum defenditur*. Quibus si deficiamus, ultima quidem, sed jam sola superest salus, aliquo ⁷ juris adjutorio elabendi ex crimine quod neque negari neque defendi potest, ut non videatur jure actio intendi. ⁸ Hinc illæ quæstiones sive actionis,

tres status versari, & ad hæc communes esse vult. *Idem.*

¹ *Hæc rursus.*] Judiciale causarum genus, quod præcipue multiplex est, bifariam partitur. Aliæ enim *rationales*, aliæ *legales* sunt: quæ quoquo modo sint, illis tamen tribus, *an sit, quid sit, & quale sit*, continentur. Itaque distat hæc opinio Fabii à superiori, quod illic status dividerentur in *rationales* & *legales*: hic vero cum status iidem sint, causæ tamen judiciales dividuntur. *Idem.*

² *Rectissima linea.*] Ducta est metaphora à viis. nam rectæ breviores sunt, anfractuosa prolixiores. & alioqui mathematicis recta linea est omnium brevissima. Brevissimam hanc viarum rationem quantum licet sectamur, sed si montes interponantur, paludes, aut flumen, aliquoties compendio neglecto commoditatem inspicimus. Ad hunc modum Fabius, tametsi brevissimo præcepto statuum doctrinam absolvere queat, mavult tamen commodiorum rationem, & rudioram viam sequi. *Idem.*

³ *Nam ut à defensore potiss.*] Quia is insignius statum facit, & periculo prior prius est instruendus: postremo in

hac ratione statuum priores ipse quodammodo in repugnando agit partes. *Idem.*

⁴ *Negari potest.*] Quia sic effugit omne iudicium, & secundum illud, supplicium. *Idem.*

⁵ *Proxima, si non.*] Si totum crimen inficari non licet, admittamus factum est quidem aliquid, non tamen id quod adversarius objicit. *Idem.*

⁶ *Tertia honestiss.*] Ut, *furatus es Damonis caprum*: non, meus ille fuit. *homicidii reus es*: non sum, quia is tyrannus fuit, aut in adulterio deprehensus, aut vim prior intulerat. Et hæc tertia qualitas est. *Idem.*

⁷ *Juris adjutorio.*] Qualia habet *Julian. ad leg. Aquil. l. 9.* Multa, inquit, in jure civili contra rationem disputandi pro utilitate communi præcepta esse, innumerabilibus rebus probari potest. *Idem.*

⁸ *Hinc illæ quæst.*] Non hoc ait Fabius, quod in translatione statum esse putet, sed quod eam quæstionem translationis movemus, quæ postea statum excitat additis firmamentis. quod idem fecit *lib. 7.* Hoc etiam egit ut facilius rudes institueret. *Idem.*

1 Delib.

actionis, sive translationis. Sunt enim quædam non laudabilia natura, sed jure concessa, ut in XII. tabulis, ¹ debitoris corpus inter creditores dividi licuit: quam legem mos publicus repudiavit. Et aliquid æquum, sed prohibitum jure: ut ² libertas testamentorum. Accusatori nihilo plura intuenda sunt, quam ut probet factum esse, hoc esse factum, non recte factum, jure se intendere. ³ Ita circa species easdem lis omnis versabitur, translatis tantum aliquando partibus: ut in causis in quibus de præmio agitur, recte factum petitor probat. Hæc quatuor velut ⁴ proposita formæque actionis, quæ tum generales status vocabam, in duo (ut ostendi) genera discedunt, ⁵ *rationale*, & *legale*. Rationale simplicius est, quia ipsius tantum naturæ contemplatione constat. Itaque in eo satis est ostendisse conjecturam, finitionem, qualitatem. Legalium plures sint species necesse est, propterea quod multæ sunt leges, & varias habent formas. Alia est cujus verbis nitimur, alia cujus voluntate: alias nobis, cum ipsi nullam habemus, adjungimus: alias inter se comparamus: alias in diversum interpretamur. Sic nascuntur hæc velut simulacra ex illis

tribus,

¹ *Debitoris corpus.*] Qui æris confessi erant, & judicati à Prætoribus addicebantur *in nexum*: ac si plures essent creditores, permittebatur ut inter se corpus debitoris dividerent. De qua re vide *Gell. lib. 20. cap. 1.* Idem.

² *Libertas testamentorum.*] *Lege duodecim tabularum* libertas erat maxima testamentorum. nam quantum & quibus quisque legare voluisset, licebat: quod emendatum est *lege Falcidia*, quæ vetat ne ultra dodrantem quis legare possit. *Idem.*

³ *Ita circa easdem species.*] Semper erit hæc quadruplex ratio intendendi & depellendi, circaque easdem quæstiones seu status, *facti*, *nominis*, & *qualitatis*: sed mutatis interdum accusatoris defensorisque officiis. ut in accusationibus, si qualitas est, non recte factum

probat actor: in petitionibus vero præmiorum, petitor qui cum actore similitudinem habet, contra recte factum probat, & ita status in petitorum transfertur. *Idem.*

⁴ *Proposita formæque.*] Capite quæstionum & causarum. *Idem.*

⁵ *Rationale.*] Quod extra scriptum positum: *legale*, cum in scripto inhæret *controversia*, & ex eo tota orta est. *Rationale* simplicius est, ideoque tractatu facilius, quod in eo ipsius rei natura conditioque, non legis cautio inspicienda venit. *Legale* genus magis est varium, quam *rationale*, propterea quod non solum scriptum, sed etiam rem tractamus: & leges quoque variæ sunt, à quibus oriuntur. nam quædam tribuit, quædam adimit: alia punit, alia jubet: alia verat, alia quoque permittit. *Idem.*

P 4

I Interim

tribus, ¹interim simplicia, interim & mixta, propriam tamen faciem ostendentia, ut scripti & voluntatis, quæ sine dubio aut qualitate ² aut conjectura continentur: ³ & syllogismus, qui est maxime qualitatis: & leges contrariæ, quæ iisdem quibus scriptum & voluntas, constant: & ἀμφιβολία, quæ semper conjectura explicatur. ⁴ Finitio quoque utrique generi, quodque rerum, quodque scripti contemplatione constat, communis est. Hæc omnia etiam si in illos tres status veniunt, tamen quia (ut dixi) habent aliquid velut proprium, videntur demonstranda discipulis: & permittendum ea dicere vel status legales, vel quæstiones, vel capita quædam minora: dum sciant, nihil ne in his quidem præter tria quæ prædiximus, quæri. ⁵ At quantum, & quam multum, & ad aliquid, & (ut nonnulli putaverunt) comparativus, non eandem rationem habent. Sunt enim hæc non ad varietatem juris, sed ad solam rationem referenda: ideoque semper in parte aut conjecturæ aut qualitatis ponenda sunt, ut *qua mente*, & *quo tempore*, & *quo loco*. Sed de singulis dicemus quæstionibus, cum tractare præcepta *Divisionis* cœperimus. Hoc inter omnes convenit, in causis simplicibus singulos status esse causarum, quæstionum autem, quæ velut subjacentes ad illud quo iudicium continetur, referuntur, sæpe in unam cadere plures posse. Etiam credo aliquando dubitari, quo statu

¹ *Interim simplicia, &c.*] Quia in una aliquando controversia unus est aliquando status scripti & voluntatis: aliquando plura scripta, & plures voluntates: aut scriptum & voluntas cum legibus contrariis & ambiguitate, atque ita in cæteris, commiscuntur. *Idem.*

² *Aut conjectura.*] Cum investigamus quæ fuerit legislatoris voluntas, conjectura est de animo: cum autem interpretationem legis asserimus, & eam esse æquam ostendimus, qualitas est. *Idem.*

³ *Et syllogismus, qui est maxime, &c.*] Quia cum rem inscriptam ad scriptum applicamus, contendimus justum esse

ut de ea statuatur, quemadmodum est in scripto. *Idem.*

⁴ *Finitio quoque.*] Probavit conjecturam & qualitatem rationalem esse & legalem: quod idem in finitione ostendit. nam aut factum defenditur, aut verba scripti definitione illustrantur. sed de his omnibus fusius Fab. lib. 7. *Idem.*

⁵ *At quantum.*] Refutat eos qui quantitatem, ad aliquid, & comparationem seu quæstiones de eodem & alio, inter status numerarunt, & rationalium species dici posse putaverunt, ideoque separatim tractari ut legales. *Idem.*

statu sit utendum cum adversus unam intentionem plura opponuntur: & sicut ¹ in colore dicitur narrationis, cum esse optimum, quem actor optime tueatur: ita hic quoque posse dici, eum statum esse faciendum, in quo tuendo plurimum adhibere virium possit orator. Ideoque pro Milone, aliud Ciceroni agenti placuit, aliud Bruto, cum exercitationis gratia componeret orationem: *cum ille jure tanquam insidiatorem occisum*, & tamen non Milonis consilio, dixerit: *hic etiam gloriatus sit occiso malo cive*. In conjunctis vero posse duos vel tres inveniri, vel diversos: ut si quis aliud se non fecisse, aliud recte fecisse defendat: vel generis ejusdem, ut si quis duo crimina vel omnia neget. Quod accidit etiam si de una re quærat aliquid, sed eam plures petant, vel eodem jure, ² ut proximitatis: vel diverso, ut cum hic testamento, ille proximitate nitatur. Quoties autem aliud alii petitori opponitur, dissimiles esse status necesse est: ut in illa controversia. *Testamenta legibus facta, rata sint.* ³ *Intestatorum parentum liberi hæredes sint. Abdicatus, ne quid de bonis patris capiat.* Nothus ante legitimum natus, legitimus filius sit: post legitimum natus, tantum civis. In adoptionem dare liceat. In adoptionem dato redire in familiam liceat, si pater naturalis sine liberis decesserit. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicaverat, sustulit nothum: instituto hærede abdicato decessit. Omnes tres de bonis contendunt. ⁴ *Νόθος*, qui non sit legitimus, Græci vocant: Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus

¹ *In colore.*] *Color* à rhetoribus appellatur probabilis alicujus rei causa, qua quod falsum aut turpe est velamus. vide *Fabium lib. 4. cap. de narratione. Idem.*

² *Ut proximitatis.*] Nam bona intestatorum ab agnatis & illis qui in potestate mortui erant, usurpantur. *Idem.*

³ *Intestatorum parentum.*] *Intestati* sunt, aut qui testamentum non fecerunt, aut quorum testamentum irritum

factum est, aut ex quorum testamento nullus fuit hæres. tum autem hæreditas defertur liberis. *Idem.*

⁴ *Νόθος, qui non sit legitimus, &c.*] Isidorus Orig. 9. cap. 5. p. 1055. Vide & Meurs. Comment. ad Lycophron. p. 206. Budæum Annot. Prior. in Pandect. Jac. Cujacium Observat. lib. 5. cap. 6. pag. 191. Bartii Adversar. libro 8. cap. 14. p. 293.

mus, ideoque utimur peregrino. Sed ad propositum. Hæredi scripto opponitur lex, *Abdicatus ne quid de bonis patris capiat*: fit status scripti & voluntatis, *an ullo modo capere possit, an ex voluntate patris, an hæres scriptus*. Notho duplex fit quæstio, quod post legitimos natus sit, & quod non sit ante legitimum natus. Prior syllogismum habet, *an pro non natis sint habendi, qui à familia sunt alienati*. Altera scripti & voluntatis. Non enim esse hunc natum ante legitimum convenit: sed voluntate legis se tuebitur, quam dicet talem fuisse, ut legitimus esset nothus tum natus, cum alius legitimus in domo non esset. Scriptum quoque legis excludet, dicens, *non utique si postea legitimus natus non sit, notho nocere*: uteturque hoc argumento, *si natus non sit, nothum, cujus conditionis erit? tantum civis? atqui non erit post legitimum natus. filius? atqui non erit ante legitimos natus. quare si verbis legis stari non potest, voluntate standum est. Nec quenquam turbet, quod ex una lege duo status fiant. duplex est, ita vim duarum habet. Redire in familia volenti, dicitur ab altero, Primum, ut tibi redire liceat, hæres sum. idem status, qui in petitionem abdicati. quæretur enim an possit esse hæres abdicatus. Adjicitur communiter à duobus, redire tibi in familiam non licet, non enim pater sine liberis decessit. Sed in hoc propria quisque eorum quæstione nitetur. Alter enim dicet abdicatum quoque inter liberos esse: & argumentum ducet ex ipsa qua repellitur lege. Supervacuum enim fuisse prohiberi patris bonis abdicatum, si esset numero alienorum: nunc quia filii jure futurus fuerit intestati hæres, oppositam esse legem, quæ tamen non id efficiat ne filius sit, sed ne hæres sit. Status finitivus, quid sit filius. Rursus nothus eisdem colligit argumentis. non sine liberis patrem decessisse, quibus in petitione usus est, ut probaret esse se filium, nisi forte & hic finitionem movet, an liberi sint etiam non legitimi. Cadent igitur in unam controversiam vel specialiter duo legitimi status, *scripti & voluntatis, & syllogismus, & præterea finitio*: vel tres illi, qui*

qui natura soli sunt, *conjectura in scripto & voluntate, qualitas in syllogismo*, & quæ per se est *aperta finitio*. ¹ Causa quoque, & judicatio & continens est in omni genere causarum. Nihil enim dicitur cui non insit ratio, & quo iudicium referatur, & quod rem maxime contineat. Sed quia magis hæc variantur in litibus, & fere tradita sunt ab iis qui de judicialibus causis aliqua composuerunt, ² in illam partem differantur. Nunc quia in tria genera causas divisi, ordinem sequar.

¹ *Causa quoque.*] Qui statum ponunt in prima conscriptione, statibus omnibus pene præter conjecturam addunt *judicationem*: Fabius tamen *judicationem* & statum facit eadem, ut docebit in causis judicialibus. *Turneb.*
² *In illam partem differantur.*] *Cap. hujus lib. II.*

C A P. VII.

De demonstrativo, quod constat laude & vituperatione.

AC potissimum incipiam ab ea quæ constat *laude ac vituperatione*. Quod genus videtur Aristoteles, atque eum secutus Theophrastus, à parte negotiali, hoc est *negotiorum*, removisse, totamque ad solos auditores relegasse: & id ejus nominis, quod ab ostentatione ducitur, proprium est. Sed mos Romanus etiam negotiis hoc munus inferuit. Nam & ¹ funebres laudationes pendent frequenter ex publico aliquo officio, atque ex senatusconsulto magistratibus sæpe mandantur: & laudare testem, vel contra, pertinet ad momentum judiciorum: ² & ipsis etiam reis dare laudatores licet: & editi in competitorum in *L. Pisonem*,

Genus demonstrativum in negotia civilia per se non cadit, ut putat *Arist. lib. I. Rhet.* Est autem secutus id quod fieri videbat. nam illius ætate *sophistæ* genus *demonstrativum* occupant, quo utebantur duntaxat ad auditorum oblectationem & proprium quantum. *Turneb.*
¹ *Funebres laudationes.*] Præclari viri Romæ post mortem laudabantur, fere à propinquis, interdum etiam à magistratibus, ut à Publicola Brutus: quod ad negotia pertinet. *Idem.*
² *Et ipsis etiam reis, &c.*] Qui in publica causa reus erat, si aliquam provinciam recte administrasset, ex ea decem legati mittebantur ad reum laudandum: ut à *Massiliensibus & Narbonensibus* ad laudandum Fontejum. *Idem.*

sonem, in *Clodium & Curionem* libri, vituperationem continent, & tamen in Senatu loco sunt habiti sententiæ. Neque inficias eo, quasdam esse ex hoc genere materias ad solam compositas ostentationem, ¹ ut laudes deorum, virorumque quos priora tempora tulerunt. Quo solvitur quaestio supra tractata: manifestumque est errare eos qui nunquam oratorem dicturum nisi de re dubia putaverunt. ² An *laudes Capitolini Jovis*, perpetua sacri certaminis materia, vel dubiæ sunt, vel non oratorio genere tractantur? Ut desiderat autem laus quæ negotiis adhibetur, probationem: sic etiam illa quæ ostentationi componitur, habet interim aliquam speciem probationis: ut qui *Romulum Martis filium*, educatumque à lupa dicat, in argumentum cœlestis ortus utatur his, quod abjectus in profluentem, non potuerit extingui: quod omnia sic egerit, ut genitum præside bellorum deo, incredibile non esset: quod ³ ipsum quoque cœlo receptum temporis ejus homines non dubitaverint. Quædam vero etiam in defensionis speciem cadant: ut si in *laude Herculis*, ⁴ permutatum cum regina Lydiæ habitum, & imperata (ut traditur) pensa orator excuset. Sed proprium laudis est, res *amplificare*, & *ornare*. ⁵ Quæ materia præcipue quidem in deos & homines cadit: est tamen & aliorum animalium, & carentium anima. ⁶ Verum in deis genera-

¹ *Ut laudes deorum.*] Laudes deorum *hymni* dicuntur: virorum vero *encomia*. Idem.

² *An laudes Capitolini Jovis.*] Certamen quoddam sacrum in honorem Jovis Capitolini fiebat, ut meminit *Tranquillus*. illic orationes de Jovis laudibus recitabantur. Idem.

³ *Ipsam quoque cœlo receptam.*] Hæc persuasio ortum habuit à *Procuro*, qui ut plebis animos leniret, sancte juravit se vidisse *Romulum* in cœlum ascendentem. quanquam revera à patribus discerptus fuit, dum concionaretur apud *Capreas paludes*. Idem.

⁴ *Permutatum cum Regina Lydiæ ha-*

bitum.] Nam *Hercules* exuvium *Leonis* cum *Omphales* monilibus muliebrique cultu permutavit. quod fecit, ut alii dicunt, quia servus erat ejus: ut alii, quia nimio amore vincebatur. Idem.

⁵ *Quæ materia.*] Partitur *materiam demonstrativam* in ea quæ cadit, deinde locos subjicit quibus utendum in rei cuiusque laudatione aut vituperatione. porro si quis fusio rem harum rerum tractatum desiderat, legat *Menandrum* theatorem. Idem.

⁶ *Verum in deis.*] Laudes deorum qui videre cupit, legat *Homeri hymnos*, & *Callimachi*. Idem.

generaliter primum majestatem ipsius eorum naturæ venerabimur: deinde propriam vim cujusque, & inventa, quæ utile aliquid hominibus attulerint. Vis ostenditur, ut *in Jove*, regendorum omnium: *in Marte*, belli: *in Neptuno*, maris. Inventa, ut artium, *in Minerva*: *Mercurio*, literarum: medicinæ, *Apolline*: *Cerere*, frugum: *Libero*, vini. ¹ Tum si qua ab his acta vetustas tradidit, commemoranda. Addunt etiam diis honorem parentes, ut si quis sit filius Jovis. Addit antiquitas, ² ut iis qui sunt ex Chao, Progenies quoque, ut *Apollo ac Diana Latone*. ³ Laudandum in quibusdam, quod geniti immortales: in quibusdam, quod immortalitatem virtute sunt consecuti: ⁴ quod pietas principis nostri, præsentium quoque temporum decus fecit. Magis est varia laus hominum. Nam primum ⁵ dividitur *in tempora*, quodque ante eos fuit, quoque ipsi vixerunt. In iis autem qui fato sunt functi, etiam quod est insecutum. Ante hominem, *patria ac parentes, majoresque* erunt, quorum duplex tractatus est. aut enim respondisse nobilitati, pulchrum erit: aut humiliter genus illustrasse factis. Illa quoque interim ex eo quod ante ipsum fuit tempore trahentur, quæ responsis vel auguriis futuram ⁶ claritatem promiserint: ⁷ ut eum qui ex Thetide natus esset: majorem patre

¹ *Tum si qua ab his acta.*] Ut scribunt Bacchum totum pene orbem domuisse, Jovem autem Titanas & Gigantes interfecisse. *Idem.*

² *Ut iis qui sunt ex Chao.*] *Hesiodus* in *Theogonia*, rerum omnium atque adeo deorum originem à Chao repetit. ita autem appellatur immensus hiatus, omnium rerum in se complectens semina. *Idem.*

³ *Laudandum in quibusdam, &c.*] Hoc adulatorium est. nam Domitianus se dominum & deum appellari volebat, ut scribit *Tranquillus*. *Idem.*

⁴ *Quod pietas principis nostri, &c.*] *Suetonius* de Domitian. Par arrogantia cum procuratorum suorum nomine for-

malem dicitur epistolam, sic cœpit: Dominus & Deus noster hoc fieri jubet: unde institutum posthac, ut ne scripto quidem ac sermone cujusquam appellaretur aliter. *Plin.* lib. 1. *hist. natural.* de *Vespasiano*. *C. Pithæus.*

⁵ *Dividitur in tempora.*] Laus hominum in tria tempora dividitur, *in præteritum*, ubi patria, parentes, prodigia, cæteraque: *præsens*, ubi animi bona & corporis, gradusque ætatis: *consequens*, ubi quæ post mortem, ut statua, funera. *Turneb.*

⁶ *Clavitatem.*] *Achillem* intelligit ex *Ovidii Metam.*

⁷ *Ut eum qui ex Thetide, &c.*] Quocirca *Prometheus* Jovem monuit ut Thetidis

patre suo futurum cecinisse dicuntur oracula. Ipsius vero laus hominis, *ex animo*, & corpore & extra positus peti debet. Et corporis quidem fortuitorumque cum levior, tum non uno modo tractanda est. Nam & pulchritudinem interim roborque prosequimur honore verborum, ut Homerus in ¹ *Agamemnone* atque ² *Achille*. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, ut cum idem *Tydea* parvum, sed bellatorem dicit fuisse. Fortuna vero cum dignitatem affert, ut in regibus principibusque (nanque est hæc materia ostendendæ virtutis uberior) tum quo minores opes fuerunt, eo majorem benefactis gloriam parit. Sed omnia quæ extra nos bona sunt, quæque hominibus forte obtigerunt, non ideo laudantur, quod habuerit quis ea, sed quod his honeste sit usus. Nam *divitiæ*, & *potentia*, & *gratia*, cum plurimum virium dent in utranque partem certissimum faciunt morum experimentum. aut enim meliores propter hæc aut peiores sumus. Animi semper vera laus: sed non una per hoc opus via ducitur. Namque aliàs ætatis gradus, gestarumque rerum ordinem sequi speciosius fuit, ut in primis annis laudaretur indoles, tum disciplinæ, post hoc operum, id est factorum dictorumque contextus: aliàs in species virtutum dividere laudem, *fortitudinis*, *justitiæ*, *continentiæ*, cæterarumque ³ ac singulis assignare quæ secundum quaque earum gesta erunt. Ultra sit autem harum via utilior, cum materia deliberabimus: dum sciamus gratiora esse audientibus, quæ solus quis, aut primus, aut certe cum paucis fecisse dicetur: si quid præterea supra spem aut expectationem, præcipue quod aliena potius causa, quam sua. Tempus quod finem hominis insequitur, non semper tractare contingit: non solum quod viventes aliquando laudamus

Thetidis congressum vitaret, alioqui fore ut à filio regno expelleretur. *Turneb.*

¹ *Agamemnone.*] Iliad. 2.

² *Achille.*] Iliad. 5.

³ *Ac singulis assignare.*] Omisit tertium ordinem, cujus meminit *Cic.* in

Partit. Nam aliquando solemus à majoribus ad minora descendere, aliquando à minoribus ad majora ascendere, & hæc inter se variare. sed hic ordo confusior est, & idcirco omissus à Fabio. *Turneb.*

damus, sed quod rara hæc occasio est, ut ¹ referri possint ² divini honores, & decreta, ut ³ publice statuæ constitutæ. Inter quæ numeraverim *ingeniorum monumenta* quæ seculis probarentur. Nam quidam, ⁴ sicut Menander, justiora posterorum quam suæ ætatis judicia sunt consecuti. Afferunt laudem liberi parentibus, urbes conditoribus, leges laboribus, artes inventoribus, necnon instituta quoque auctoribus, ut à ⁵ Numa traditum deos colere, & à Publicola ⁶ fasces populo summittere. Qui omnis etiam in vituperatione ordo constabit tantum in diversum. Nam & turpitudine generis opprobrio multis fuit: & quosdam claritas ipsa notiores circa vitia, & invisos magis fecit: & in quibusdam ⁷ ut in Paride traditum est, prædicta perniciēs: & corporis ac ⁸ fortunæ quibusdam mala contemptum, ut Thersitæ: at vero quibusdam bona vitiis corrupta odium attulerunt: ut Nirea imbellem, ⁹ Plistenem impudicum, à poëtis accipimus. Et animi totidem vitia, quot virtutes sunt: nec minus quam in laudibus, duplici ratione tractantur. Et post

¹ *Ut referri possint divini hon.]* Horatius Augusto: *Præsenti tibi maturos largimur honores Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.* Pith.

² *Divini honores.]* Id fiebat more Romano. nam imperatores plerunque in numerum deorum referebantur, ut docet *Herodianus* in apotheosi Severi imperatoris. *Turneb.*

³ *Publice statuæ constitutæ.]* Nam viris de rep. bene meritis plerunque senatusconsulto statuæ decernebantur in celeberrimis urbis locis, ut in foro & Capitolio. *Idem.*

⁴ *Sicut Menander.]* Nam Menander tametsi omnium Comicorum esset doctissimus, in certaminibus Comicis à Philemone longe se inferiore, qui gratia & factione valebat, sæpenumero est victus, præpostero judicio. *Idem.*

⁵ *A Numa.]* Hic auctor fuit religionis & juris pontificii apud Romanos. Auctor *Dionysius Halicar.* *Plutar.* &

Livius. Idem.

⁶ *Fasces populo summittere.]* Fasces summittere est, vim & insignia imperii alicujus reverentiæ & majestati summittere: quod fiebat à consulibus, cum in concionem prodibant, ut significarent penes populum auctoritatem esse concionis. *Idem. Fasces populo summittere.]* *Livius* 1. & 2.

⁷ *Ut in Paride traditum est.]* Nam Hecuba cum esset gravida, somniavit se parituram facem, qua conflagraret Ilium. consulti conjectores, *Paridem* dixerunt perniciosum fore urbi. *Turnebus.*

⁸ *Fortunæ.]* Formæ.

⁹ *Plistenem impudicum.]* *Plistenem* hunc ajunt patrem fuisse Agamemnonis & Menelai. eumque impudicum ait, quod tamen *Dictys Cretensis*, qui hanc rem scribit, non commemorat. Alii *Clisthenem* legunt, qui notatur à Comicis ut impudicus. *Turneb.*

1 Ut

post mortem adjecta quibusdam ignominia est: ¹ ut Melio, cuius domus solo æquata: ² Marcoque Manlio, cuius prænomen è familia in posterum exemptum est. Et parentes malorum odimus. Et est conditoribus urbium infame, contraxisse aliquam perniciosam cæteris gentem, qualis est primus ³ Judaicæ superstitionis auctor, & Gracchorum leges invisæ: & si quod est exemplum deforme posteris traditum, quale libidinis vir Perfes in ⁴ muliere Samia instituere ausus dicitur primus. Sed in viventibus quoque iudicia hominum velut argumenta sunt morum, & honos aut ignominia veram esse laudem vel vituperationem probat. Interesse tamen ⁵ Aristoteles putat ubi quidque laudetur aut vituperetur. Nam plurimum refert qui sint audientium mores, quæ publice recepta persuasio: ut illa maxime quæ probant, esse in eo qui laudabitur, credant: aut in eo contra quem dicemus, ea quæ oderint. Ita non dubium erit iudicium, quod orationem præcesserit. Ipsorum etiam iudicium permiscenda laus semper. nam id benevolos facit: quoties autem fieri poterit, cum materiæ utilitate jungenda. ⁶ Minus Lacedæmone studia literarum, quam Athenis, honoris merebuntur: plus patientia, fortitudo. *Rapto vivere quibusdam honestum*, aliis cura legum. *Frugalitas* ⁷ apud Sybaritas forsitan odio foret, veteribus Romanis summum

¹ *Ut Melio.*] *Spurius Melius* cum frumenti largitionibus in suspicionem regni affectati venisset, à Servilio Hala interfectus est. *Idem.*

² *Marcoque Manlio.*] *Livius* decad. 1. lib. 4. & lib. 6.

³ *Judaicæ superst. auctor.*] Hunc locum nonnulli *de Judæis* intelligunt, quorum superstitionem Romani oderant. *Alciatus* tamen *de Christianis* intelligit, quorum religionem Judaicam superstitionem appellabant Romani, quia à Judæis manavit Christianismus. Sic etiam appellare solent jurisconsulti. Porro Fabii tempore persecutio in Chri-

stianos à Domitiano est edita. *Turneb.*
⁴ *Muliere Samia.*] *Vide Cœlium* lib. 10. c. 18.

⁵ *Aristoteles.*] *Lib. 1. Rhet. ad Theodec.*

⁶ *Minus Lacedæmone, &c.*] *Bellicosi* enim erant *Lacedæmonii*, *Athenienses* vero studio literarum dediti: apud quos artes inventæ sunt, auctore *Cic.* ibique consumptæ. *Minus Lacedæmone, &c.*] *Xenophon* de statu *Laced.*

⁷ *Apud Sybaritas.*] *Sybaritæ* populi fuerunt *Italiæ*, victu & cultu luxuriosi. hinc abierunt in proverbium *mensæ Sybariticæ*. *Turneb. Apud Sybaritas.*] *Vide Politic.*

summum *luxuria* crimen. Eadem in singulis differentia. Maxime favet iudex, qui sibi dicentem ¹ assentiri putat. ² Idem præcipit illud quoque, quod mox Cornelius Celsus prope supra modum invaluit: quia sit quædam virtutibus ac vitiis vicinitas, utendum proxima derivatione verborum, ut pro temerario *fortem*, pro prodigo *liberalem*, pro avaro *parcum* vocemus: quæ eadem etiam contra valent. Quod quidem orator, id est vir bonus, nunquam faciet, nisi forte communi utilitate ducatur. Laudantur autem urbes similiter atque homines. Nam pro parente est conditor: & multum auctoritatis affert vetustas, ³ ut iis qui terra dicuntur orti: & virtutes ac vitia circa res gestas: eademque in singulis. Illa propria, quæ ex loci positione ac munitione sunt. Cives illis, ut hominibus liberi, decori. Est laus & operum, in quibus *honor*, *utilitas*, *pulchritudo*, auctor spectari solet. *Honor*, ut in templis: *utilitas*, ut in muris: *pulchritudo* vel auctor, utrobique. Est & locorum, qualis Siciliæ apud ⁴ Ciceronem. in quibus similiter *speciem* & *utilitatem* intuemur: *speciem*, maritimis, planis, amœnis: *utilitatem*, salubribus, fertilibus. Erit etiam dictorum factorumque laus generalis. Erit & rerum omnis modi. Nam & somni ⁵ & mortis scriptæ laudes, ⁶ & quorundam à medicis ciborum. Itaque ut non consensu hoc laudativum genus circa solam versari honesti quæstionem, sic qualitate maxime contineri puto: quanquam omnes tres status cadere in hoc opus possint, hisque usum C. Cæsarem in vituperando Catone,

nota-

Politi. c. 15. Miscel. & Erasmi in prov. Sybaritica mensa.

1 *Assentiri.*] Assentari.

2 *Idem.*] Aristot. 1. Rhetor. ad Theodectem.

3 *Ut iis qui terra, &c.*] Videtur hoc propter Athenienses dixisse, qui se *indigenas* dicebant, & in eodem loco natos. Potest etiam referri ad id quod ajunt, homines primum natos in Ægypto ex Nili limo. *Turneb.*

4 *Ciceronem.*] Act. 4. in Ver.

5 *Et mortis scriptæ laudes.*] Mortem laudavit *Hegesias*, auctore Val. Maximo, cujus perlecta oratione multi mortem sibi consciverunt, persuasi videlicet mortem omnium rerum optimam esse. lege tamen postea cautum, ne quis hanc orationem legeret. *Turneb.*

6 *Et quorundam à medicis ciborum.*] Scribit *Plinius* Catonem & *Chrysippum* integros dicasse libros laudibus brassicæ. *Idem.*

Q

I Nes

notaverit Cicero. Totum autem habet aliquid simile suavoriis : quia plerunque eadem illic suaderi , hîc laudari solent.

C A P. VIII.

De suavoria seu deliberativa, & prosopopœia.

IO **D**eliberativas quoque miror à quibusdam sola utilitate finitas. Ac si quid in his unum sequi oporteret, potior fuisset apud me Ciceronis sententia, qui hoc materiæ genus dignitate maxime contineri putat. ¹ Nec dubito quin hi qui sunt in illa priore sententia, secundum opinionem pulcherrimam, *ne utile quidem, nisi quod honestum* esset, existimarint. Et est hæc ratio verissima, si consilium contingat semper bonorum atque sapientum. Verum apud imperitos, apud quos frequenter dicenda sententia est populumque præcipue, qui ex pluribus constat indoctis, discernenda sunt hæc, & ² secundum communes magis intellectus loquendum. Sunt enim multi qui etiam quæ credunt *honestæ*, non tamen satis eadem *utilia* quoque existiment: quæ turpia esse dubitare non possunt, utilitatis specie ducti probent, ut ³ *foedus Numantinum, jugumque Caudinum.*

¹ **N**ec dubito.] Alludit ad paradoxum Stoicorum. statuerunt enim illi, *nihil esse utile quod non sit honestum*: quod à Socrate manasse videtur, qui eum pessime fecisse dixit, qui primus utilitatem ab honestate sejunxerit, cum hæc essent conjuncta natura. De quo fuit Cic. in offic. & paradoxis. quodque Aufonius hoc phalecio est complexus:

Nunquam discrepat utile à decoro.

Turneb.

² *Secundum communes magis, &c.*] Cic. quoque ait, hominum quoddam genus esse agreste & imperitum, quod sola utilitate ducatur: quoddam peritum & eruditum, quod *honestate* traha-

tur. cujus rei habendam putat rationem, ut hic quoque Fabius. Idem.

³ *Fœdus Numantinum, jugumque Caudinum.*] Hostilius Mancinus à Numantinis superatus, turpem cum illis pacem fecit, ut relictis armis & impedimentis omnibus exercitum reduceret. *Veturius* autem & *Posthumius* ad furcas Caudinas ab Herennio Samnitum duce clausi, pacem fecerunt his conditionibus, ut relictis armis & impedimentis, militibusque sub jugum missis discederent. Utrunque fœdus quod sine auctoritate senatus factum esset, irritum fuit & improbatum, ejusque auctores hostibus redditi ad supplicium. Idem. *Fœdus Numantinum,*

num. ¹ Ne qualitatis quidem statu, in quo & honestorum & utilium quæstio est, complecti eas fatis est. Nam frequenter in his etiam conjecturæ locus est, nonnunquam tractatur aliqua finitio: aliquando etiam legales possunt incidere tractatus, in privata maxime consilia, siquando ambigitur, *an liceat.* De conjectura paulo post pluribus interrim, estne finitio apud Demosthenem, ² *det Halonnesum Philippus, an reddat?* apud Ciceronem in Philippicis, *quid sit tumultus?* Quid? non illa similis judicialium quæstio, *de statua Servii Sulpitii*, an iis demum ponenda sit, qui in legatione ferro sunt interempti? Ergo pars deliberativa (quæ eadem suasoria dicitur) de tempore futuro consultans, quærit etiam de præterito: officiis constat duobus, *suadendi*, ac *dissuadendi*: ³ Proœmio, quale est in judicialibus non ubique eget, quia consiliatus est ei quisque quem consulit. Initium tamen quodcunque debet habere aliquam proœmii speciem. nec enim abrupte, nec unde libuit, incipiendum: quia est aliquid in omni materia naturaliter primum. In senatu, & utique in concionibus, eadem ratio quæ apud iudices, acquirendæ sibi plerunque eorum apud quos dicendum sit, benevolentia. Nec mirum, cum etiam in Pænegyricis petatur audientium favor, ubi emolumentum non in utilitate aliqua, sed in sola laude consistit. ⁴ Aristoteles quidem, nec sine causa, putat & à nostra, & ab ejus qui dissentiet, persona, duci frequenter in consiliis exordium, quasi mutuantes hoc nobis à judiciali genere: nonnunquam

mantinum, jugumque Caudinum.] De fœdere Numantino Cicer. lib. 3. offic. & Plutarch. in vita Tiberii & C. Gracch. De jugo Caudino Livius dec. 1. libro 1. In Olinth Philip 8. Philip 9.

¹ *Ne qualitatis quidem.*] Trapezuntius ex Hermogenis sententia causas deliberativas statu negotiali complectitur, qui qualitas est de futuro. Turneb.

² *Ut det Halonnesum.*] Halonnesus insula Atheniensium erat, quæ occupata

à prædonibus, recepta est à Philippo. eam repetentibus Atheniensibus, beneficii titulo dare volebat Philippus. Atheniensibus Demosthenes suadet ut eam à Philippo repetant non ut munus, sed ut propriam hæreditatem. *Idem.*

³ *Proœmio, quale est.*] Si deliberatio est privata, brevissimo utendum est proœmio: sin publica, prolixiori, & judicialibus causis simili. *Idem.*

⁴ *Aristoteles.*] Rhetoric. 3.

quam etiam ut minor res majorve videatur. In demonstrativis vero proœmia esse maxime libera existimat. Nam & longe à materia duci, ¹ ut in *Helenes laude* Isocrates fecerit: & ex aliqua rei vicinia, ut idem in Panegyrico conqueritur *plus honoris corporum quam animorum virtutibus dari*: & Gorgias in Olympico laudans eos qui primi tales instituerunt conventus. ² Quos secutus videlicet Crispus Sallustius, in *bello Jugurthino & Catilinario* ³ nihil ad historiam pertinentibus principiis orsus est. Sed nunc ad suaforiam, in qua etiam quum proœmio utemur, brevior tamen & velut quodam capite tantum & initio debemus esse contenti. ⁴ Narrationem vero nunquam exiget privata deliberatio, ejus duntaxat rei, de qua dicenda sententia est: quia nemo ignorat id de quo consulit. Extrinsecus possunt pertinentia ad deliberationem multa narrari. In concionibus sæpe est etiam illa quæ ordinem rei docet, necessaria, ⁵ affectus, ut quæ maxime, implenda. Nam & concitanda & lenienda frequenter est ira, & ad metum, cupiditatem, odium, conciliationem, impellendi animi. Nonnunquam etiam movenda miseratio est, sive ut auxilium obsessis feratur, suadere oportebit, sive sociæ civitatis everisionem deflebimus. ⁶ Valet autem in consiliis auctoritas plurimum. Nam & prudentissimus esse haberique, & optimus is debet, qui sententiæ suæ de utilibus atque honestis credere omnes velit.

In

¹ *Ut in Helenes laude.* Nam exorditur Isocrates à rhetorum & sophistarum insectatione, qui absurdas materias nulliusque momenti orationibus suis tractare solent. *Idem.*

² *Quos secutus scil. Crispus Sallustius, &c.* Vide Vossium lib. 3. *Instit. Orator.* cap. xi. *Pith.*

³ *Nihil ad historiam pertin. principiis.* Nam in *bello Jugurthino* exorditur à falsa conquestione fragilitatis humanæ: in *bello Catilinario* à comparatione animi & corporis. *Turneb.*

⁴ *Narrationem vero.* Duplex suasio, publica & privata: duplex narratio quo-

que, altera rei de qua dicenda sententia est, altera rerum ad deliberationem pertinentium. igitur publica deliberatio utranque narrationem habere potest, privata duntaxat posteriorem. *Idem.*

⁵ *Affectus, ut quæ maxime, implenda.* In scriptis codicibus legitur, *affectus, ut quæ maxime, postulanda.* Impressi fere habent, *ad (sive &) affectus, ut quæque maxime postulabit.*

⁶ *Valet autem.* Locos ad confirmationem aptos nunc exequitur, primumque incipit à probatione morali, quæ à moribus dicentis sumitur. *Turnebus.*

I Graco

In judiciis enim vulgo fas habetur indulgere aliquid studio suo: Concilia nemo est qui neget secundum mores dari. ¹Græcorum quidem plurimi omne hoc officium concionale esse judicaverunt, & in sola reipublicæ administratione posuerunt. Quin & ²Cicero in hac maxime parte versatur. Ideoque suasuris *de pace, bello, copiis, operibus, vectigalibus*: hæc duo præcipue nota esse voluit, *vires civitatis, & mores*: ut ex natura cum ipsarum rerum, tum audientium, ratio suadendi duceretur. Nobis major in re videtur varietas. nam *& consultantium & consiliorum* plurima sunt genera. Quare in suadendo & dissuadendo tria primum spectanda erunt, *Quid sit de quo deliberetur, qui sint qui deliberent, qui sit qui suadeat*. Rem de qua deliberatur, aut certum est posse fieri, aut incertum. ³Si incertum, hæc erit quæstio sola, aut potentissima. Sæpe enim accidet ut prius dicamus, ne si possit quidem fieri, esse faciendum: deinde fieri non posse. Cum autem de hoc quæritur, conjectura est, ⁴*an Isthmos intercedi, an siccari palus Pontina, an portus fieri Hostiæ possit, an Alexander terras ultra Oceanum sit inventurus*. Sed in iis quoque quæ constabit posse fieri, conjectura aliquando erit: ut si quæritur an utique futurum sit *ut Carthaginem superent Romani*, ⁶*ut redeat Hannibal*, ⁷*si Scipio exercitum in Africam transfulerit*.

¹ Græcorum quidem plurimi.] Aristoteles lib. I. cap. 4. rhet. ad Theod. constanter concionale pro deliberativo vocat. Nunc porro de probationibus logicis agit, ante tamen Græcos reprehendit, qui deliberationem duntaxat publicam posuerunt, excusari tamen possunt, quod privatæ deliberationes non tam oratorem postularent, quam prudentem, nec tantum eloquentiæ admitterent. Idem.

² Cicero.] II. De Orat.

³ Si incertum.] Si res est incerta, conjectura est. itidem quoque conjectura est interdum, cum quæritur an res sit futura, tamen etsi constat, ex circumstantia ori-

tur conjectura. Turneb.

⁴ An Isthmos.] Suet. in Cesare. Vide Justinum.

⁵ Ultra Oceanum.] Nam Alexander eum audisset Democritum dicere, *plures esse mundos*, parum fidei habuit magistro Aristoteli, unicum esse statuenti: itaque navigare Oceanum voluit, ut alios orbes investigaret. Turneb.

⁶ Ut redeat.] Livius dec. 3. lib. 8.

⁷ Si Scipio exercitum, &c.] Cum Hannibal Italia non posset expelli, Scipio suavit uti trajiceret copias in Africam: ita enim futurum ut Carthaginenses auxilio destituti Hannibalem revocarent in Africam, quod & accidit. Turneb.

tulerit. Ut servant fidem Samnites, si Romani arma deposuerint. Quædam & fieri posse, & futura esse credibile est. ¹ sed aut alio tempore, aut alio loco, aut alio modo. Ubi conjecturæ non erit locus, alia sunt intuenda. Et primum, aut propter ipsam rem de qua sententiæ rogantur, consultabitur: aut propter alias intervenientes extrinsecus causas. Propter ipsam deliberant Patres conscripti, ² an stipendium militi constituent. Hæc materia simplex erit. ³ Accedunt causæ aut faciendi, ut deliberant P. C. an Fabios dedant Gallis bellum minitantibus. Aut non faciendi, ⁴ ut deliberat C. Cæsar an perseveret in Germaniam ire, cum milites passim testamenta facerent. Hæc suasoriæ duplices sunt. Nam & illic causa deliberandi est, quod bellum Galli minitentur: esse tamen quæstio potest, dedendi ne fuerint etiam citra hanc denuntiationem, qui ⁵ contra fas, cum legati missi essent, prælium inierint, regemque ad quem mandata acceperant, trucidarint. Et hîc nihil Cæsar sine dubio deliberet, nisi propter hanc militum perturbationem: est tamen locus quærendi, an citra hunc quoque casum penetrandum in Germaniam fuerit. ⁶ Semper autem de eo prius loquemur, de quo deliberari etiam detractis sequentibus posset. Partes suadendi quidam putaverunt honestum, utile, necessarium. ⁷ Ego

non

¹ Sed aut alio tempore, &c.] Tempus enim, locus & modus res mutant. Idem.

² An stipendium militi constituent.] Livius l. 5. ab urbe condita, scribit senatores de publico militibus stipendium constituisse, cum antea de suo militassent. quæ res gratissima fuit populo. Idem.

³ Accedunt cause, &c.] Cum Clusium à Gallis obsideretur, legati à Romanis missi sunt tres Fabii, qui jurgio orto cum Clusinis in Gallos manum conferuerunt, & Gallorum regem obruncarunt. Idem.

⁴ Ut deliberat C. Cæsar, &c.] Cum Cæsar esset in Ariovistum Germanorum regem iturus, ejus milites, Germanorum immanitate deterriti, animum de-

spondebant, & testamenta faciebant tanquam morituri. Idem.

⁵ Contra fas.] Ex jure gentium neque legati violari debent, nec ipsi quoque vim facere, aut prælium inire, nec quicquam præter mandata exponere. Idem.

⁶ Semper autem de eo.] In duplicibus his deliberationibus quæstio simplex priore loco tractanda, deinde ea quæ adjunctas habet causas faciendi aut non faciendi. Idem.

⁷ Ego non invenio huic tertiæ locum.] Duplex est necessarium: alterum simplex, quod aliter fieri nunquam potest, tollitque omnem deliberationis causam: quo modo fere à philosophis accipi solet: alterum ex conditione, quod graviorum metu

non invenio huic tertiæ locum. Quantalibet enim vis ingruat, aliquid fortasse pati necesse sit, nihil facere: de faciendo autem deliberatur. Quod si hanc vocant *necessitatem*, in quam ¹ homines graviorum metu coguntur, *utilitatis* erit quæstio: ut si *obsessi, & impares, & aqua ciboque defecti, de facienda ad hostem deditioe deliberent*, & dicatur, *necesse est*: nempe sequitur ut hoc subjiatur, alioqui pereundum est. ita propter id ipsum non est necesse, quia perire potius licet. denique ² non fecerunt Saguntini, nec in rate Opitergina circumventi. Igitur in his quoque causis aut de *sola utilitate* ambigetur, aut quæstio inter *utile* atque *honestum* consistet. At enim si quis liberos procreare volet, necesse habeat uxorem ducere. quis dubitat? sed ei qui pater vult fieri, liqueat ³ *necesse est uxorem esse ducendam*. Itaque mihi ne consilium quidem videtur, ubi necessitas est: non magis quam ubi constat quid fieri non posse. Omnis enim deliberatio de dubiis est. ⁴ Melius igitur, qui tertiam partem dixerunt *δύρατον*, quod nostri possibile nominant. quæ ut dura videatur appellatio, tamen sola est. Quas partes non omnes in omnem cadere suasoriam manifestius est quam ut docendum sit. ⁵ Tamen apud plerosque earum numerus augetur, à quibus ponuntur ut partes, quæ species sunt partium. Nam *fas, justum, pium, æquum, mansuetum* quoque (sic enim sunt interpretati τὸ ἡμέτερον) & si qua adhuc adjicere quis ejusdem gene-

metu faciendum dicimus. hoc autem etsi cadit in deliberationem, refertur tamen *ad utilitatem*. Quo modo vulgo accipitur, atque etiam à Cic. qui in *Partit.* locum à necessario non rejicit, sed loco ab utili comprehendit. Fab. autem Aristotelem sequitur, qui de contingentibus tantum & de his quæ ad nos referri nata sunt, quorumque origo & causa in nobis sita est, *consultationem* esse dicit. *Idem.*

¹ *Homines.*] Ut Casilineses Dec. 3. lib. 3.

² *Non fecerunt Saguntini.*] Hannibal

contra fœdus trajecto Ibero Saguntum oppidum Pop. Rom. socium obsedit, & octavo demum mense expugnavit. *Turn.* *Non fecerunt Saguntini.*] Decad. 3. lib. 2. Florus in epit. lib. 110.

³ *Necesse est uxorem esse ducendam.*] Arist. 3. Ethic. & Rhetoric. 1.

⁴ *Melius igitur, qui, &c.*] Tres sunt loci suasionis: duo finales, *utile & honestum*: tertius tanquam quoddam medium ad finem, ut proclivius rem adipiscamur. *Turneb.*

⁵ *Tamen apud plerosque.*] Aristot. 1. Rhet. ad Alexand.

Q 4

I Qui

generis, velit, subjici possunt *honestati*. An sit autem facile, magnum, jucundum, sine periculo, ad quaestionem pertinet *utilitatis*: ¹ qui loci oriuntur ex contradictione. Est quidem utile, sed difficile, parvum, injucundum, periculosum. Tamen quibusdam videtur esse nonnunquam de jucunditate sola consultatio, ² ut si *de aedificando theatro, instituendis ludis*, deliberetur. Sed neminem adeo solutum luxu puto, ut nihil causa suadendi sequatur praeter voluptatem. Praecedat enim semper aliquid necesse est, ut in ludis *honor deorum*, in theatro non inutilis laborum remissio, deformis & incommoda ³ turbæ, si id non sit, conflictatio: & nihilominus eadem illa religio, cum theatrum veluti quoddam illius sacri templum vocabimus. ⁴ Sæpe vero & utilitatem despiciendam esse dicimus ut honesta faciamus: ut cum illis Opiterginis damus consilium, ne se hostibus dedant, quanquam perituri sint nisi fecerint. Et utilia honestis praefereamus: ut ⁵ *cum suademus ut bello Punico* ⁶ *servi armentur*. Sed tamen neque hic plane concedendum est esse id inhonestum: liberos enim natura omnes, & eisdem constare elementis, & fortasse antiquis etiam nobilibus ortos, dici potest: & illic ubi manifestum periculum est, opponenda

¹ *Qui loci oriuntur ex contradictione.*] Species hæc quæ partibus subjiciuntur, ex adversariorum contradictione nascuntur: quanquam *contradictio* maximè apparet in utilitate. nam etsi utile dixeris, facilitati tamen opponetur difficultas. non item in honestate. Turneb.

² *Ut si de aedificando theatro.*] Species hæc utilitatis sunt tanquam secundarii loci. nonnulli tamen existimant de sola jucunditate interdum constitui deliberationem. quod sensisse videtur Aristotel. qui *jucundum* putavit esse locum præcipuum & generalem suasionis. quod tamen falsum esse *Fabius* demonstrat. Idem.

³ *Turbæ conflictatio.*] Ludi in theatro exhibebantur sæpenumero: cumque *illic fori & cuncti distincti* essent, unde

populus, equites, senatores spectarent, nulla exoriebatur turba, quæ alioqui in ludis esset futura. Idem.

⁴ *Sæpe vero & utilitatem.*] Deliberationes duæ sunt simplices, *de utili & inutili, de honesto & turpi*: tres duplices, *de duobus utilibus, de duobus honestis, de honesto & utili*, idque vel in duorum comparatione, vel in plurium superlacione. Idem.

⁵ *Cum suademus ut bello Punico.*] Florus in epitome lib. 110. Liv. decad. 3. lib. 4.

⁶ *Servi armentur.*] Ex lege, servi militare non poterant, ut docent jurisconsulti: tamen secundo Punico bello, post cladem Cannensem, servi armati sunt, appellatique sunt *volones*. Turneb.

ponenda alia: ut crudelius etiam perituros affirmemus, si se dediderint, siue hostis non servaverit fidem, siue Cæsar vicerit, quod est vero similius. Hæc autem, quæ tantum inter se pugnant, plerunque nominibus deflecti solent. Nam & utilitas ipsa expugnatur ab iis qui dicunt non solum potiora esse honesta quam utilia, sed ne utilia quidem esse quæ non sint honesta: & contra quod nos *honestum*, illi *vanum*, *ambitosum*, *stolidum*, verbis quam re probabilius vocant. ² Nec tantum inutilibus comparantur utilia, sed inter se quoque ipsa: ut ex duobus eligamus, in altero quid sit magis, in altero quid sit minus. Crescit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam suasoriæ incidunt: ¹ ut cum Pompejus deliberavit, *Parthos*, an *Africam*, an *Ægyptum* peteret. Ita non tantum utrum sit melius, sed quid sit optimum, quæritur. Itemque contra. Nec unquam incidet in hoc genere materiæ dubitatio rei quæ undique secundum nos sit. Nam ubi contradictioni locus non est, quæ potest esse causa dubitandi? ³ Ita fere omnis suasoria nihil est aliud quam comparatio. ⁴ Videndumque, quid consecuturi simus, & per quid: ut æstimari possit, plus in eo quod petimus, sit commodi: an vero in eo per quod petimus, incommodi. ⁵ Est utilitatis & in tempore quæstio, *Expedit, sed non nunc*. Et in loco, *Non hic*, Et in persona, *Non nobis, non contra hos*. Et in genere agendi, *Non sic*. Et in modo, *Non in tantum*.

Sed

¹ *Nec tantum inutilibus.*] Interdum quæstio est de duobus aut pluribus utilibus: quod item valet in contrario. exterum Fabius quintam deliberationem omisit, quæ est de duobus aut pluribus honestis, vel quod intelligeretur ex similitudine plurium utilium, vel adeo ex simplici honesto. *Idem.*

² *Ut cum Pompeius deliberavit, &c.*] Pompejus acie Pharsalica prostrigatus, Mitylenam venit, illicque deliberavit *debetne proficisci in Parthos*, an in *Africam* ad Jubam regem, an in *Ægyptum* ad Ptolemæum, ut exercitum instauraret adversus Cæsarem. sed Theophanis suasionem *Ægyptum* petivit. *Idem.*

Pompejus deliberavit.] Plutarch. in Pompejo.

³ *Item fere omnis, &c.*] Comparatio autem inter duos aut plures fit: ergo non à nobis tantum pendet. *Turneb.*

⁴ *Videndumque.*] In deliberatione habenda est ratio *finis & medi*, & pro utriusque commodo vel incommodo rem suadere aut dissuadere debemus. *Idem.*

⁵ *Est utilitatis.*] Quemadmodum *honestas* ex natura rei demonstratur, & illa eruitur ex honesti fontibus: ita *utilitas* spargenda est in omnes circumstantias: quoniam hæc demonstrant rem esse utilem, aut contra. *Idem.*

Q 5

I Sed

¹ Sed personam sapius ² decoris gratia intuemur, quæ & in nobis, & in iis qui deliberant, spectanda est. ³ Itaque quamvis exempla plurimum in consiliis possunt, quia facillime ad consentiendum homines ducuntur experimentis: refert tamen quorum auctoritas, & quibus adhibeatur. Diversi sunt enim deliberantium animi, duplex conditio. Nam consultant aut plures, aut singuli: sed in utrisque differentia: quia & in pluribus multum interest *Senatus sit, an populus: Romani, an Fidenates: Græci, an Barbari*, & in singulis, *Catoni petendos honores suademus, an C. Mario*: ⁴ de ratione belli Scipio prior, an Fabius deliberet. Proinde intuenda, *sexus, dignitas, ætas*. Sed mores præcipue discrimen dabunt. Et honesta quidem honestis suadere facillimum est: si vero apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diversam vitæ sectam, cavendum est. ⁵ Et animus deliberantis, non ipsa honesti natura, quam ille non respicit, permovendus: sed laude, vulgi opinione, & si parum proficiet hæc vanitas, secutura ex his utilitate: aliquanto vero magis objiciendo aliquos, si diversa fecerint, metus. ⁶ Nam præter id quod his levissimi cujusque animus facillime

¹ *Sed personam.*] Secundum est membrum divisionis superioris. Etenim in deliberatione dixerat, rem esse inspiciendam, de qua egit: & personam, tum illorum quibus suademus, tum nostram. *Idem.*

² *Decoris.*] *Decorum* intelligendum est illud quod positum est in moderatione quadam & temperantia. est & *decorum poëticum*, quo accommodant scriptores personis & rebus orationem. *Idem.*

³ *Itaque quamvis exempla, &c.*] *Exemplorum usus* cum ubique, tum in genere deliberativo plurimum valet, modo delectus adhibeatur, ut non quæcunque, sed gravissimorum hominum tantummodo & aptissima quæque adducamus. *Idem.*

⁴ *De ratione belli.*] Apud *Livium lib. 8.*

decad. 3. de ratione belli Carthaginien- sis deliberatur à Scipione & Fabio. suadet Scipio ut bellum transferatur in Africam, suadet Fabius ut in Italia geratur. Idem.

⁵ *Et animus deliberantis.*] Hæc ex *Partition. Cicero*. cum ait, homines multo magis mala fugiunt, quam sequuntur bona: nec honesta tam expetunt quam devitant turpia. Est enim genus hominum ad honestatem natum, malo cultu, pravisque opinionibus omne corruptum. nemo tamen est tam agrestis, quem non si ipsa honestas minus, contumelia tamen & dedecus magnopere moveat. *Idem.*

⁶ *Nam præter id.*] Animi improborum perturbationibus facile agitantur & impelluntur, non item proborum, ut docet *Cicero in Tusculano*. Itaque improbis spem

lime terretur, nescio an etiam naturaliter apud plurimos plus valeat *malorum timor*, quam *spes bonorum*: ¹ sicut facilius eisdem turpium quam honestorum intellectus est. ² Aliquando bonis quoque suadentur parum decora, dantur parum bonis consilia in quibus ipsorum qui consulunt, spectatur utilitas. Nec me fallit quæ statim cogitatio subire possit legentem. Hoc ergo præcipis? & hoc fas putas? Poterat me liberare M. Cicero, qui ita scribit ad Brutum, *Propositis plurimis quæ honeste suaderi Cæsari possent, si mihi bonus vir, si hæc suadeam? Minime.* Suasoris enim finis est utilitas ejus cui quisque suadet. *At recta sunt*: quis negat? sed non est semper rectis in suadendo locus. Sed quia est altior quæstio, nec tantum ad suasorias, pertinet, destinatus est mihi hic locus duodecimo (qui summus futurus est) libro. Nec ego quicquam fieri turpiter velim, verum interim hæc vel ad scholarum exercitationes pertinere credantur. nam & iniquorum ratio noscenda est, ut melius æqua tueamur. Interim si quis bono inhonesta suadebit, meminerit non suadere tanquam inhonesta, ut quidam declamatores. ³ Sextum Pomp. ad piraticam, propter hoc ipsum, quod turpis & crudelis sit, impellunt: sed dandus illis deformibus color, idque etiam apud malos. *Nec enim est quisquam tam malus, ut malus videri velit.* Sic Catilina apud Sallust. loquitur, ut rem sceleratissimam non malitia, ⁴ sed indignatione videatur audere. Sic ⁵ Atreus apud Varium:

Jam

spem utilitatis & metum incommodi proponere oportet. *Idem.*

¹ *Sicut facilius.*] Unde Seneca, *Vitia sine dolore discuntur: qui vero virtutes per se hausserit, nemo inventus est.* *Idem.*

² *Aliquando bonis quoque.*] Interdum parum honesta suademus honestis. ubi utilitatem sectamur. sed videtur Fabius ab instituto suo recedere. nam cum instituat oratorem virum bonum, non videtur esse probitatis, inhonesta & indecora honestis suadere: quanquam hoc defendere nititur. *Idem.*

³ *Sextum Pompeium, &c.*] Sextus Pompeius, Pompeii Magni filius, ex servitiis undique contraxit copias, & mare Siculum pirata infestavit, victusque est ab Agrippa. *Idem.*

⁴ *Sed indignatione, &c.*] Nam Catilina illic indignatur, quod videat remp. & urbis magistratus in paucorum esse potestate, cum reliqui sint illis obnoxii. *Idem.*

⁵ *Sic Atreus apud Varum.*] Varium, est legendum, cujus Thyestem Fabius lib. 10. commendat, aitque posse cum Græcis quibuslibet comparari. *Idem.*

I Ut

Jam fero (inquit) *infandissima, jam facere cogor.*
 Quanto magis eis quibus cura famæ fuit, conservandus est hic vel ambitus? Quare & cum Ciceroni dabimus consilium ut *Antonium roget*, vel etiam ¹ ut *Philippicas* (ita vitam pollicente eo) *exurat*, non cupiditatem lucis allegabimus (hæc enim si valet in animo ejus, tacentibus quoque nobis valet) sed ut se reipublicæ servet hortabimur. Hac illi opus est occasione, ne cum talium precum pudeat. Et Cajo Cæsari suadentes regnum affirmabimus, stare jam rempublicam nisi uno regente non posse. Nam qui de re nefaria deliberat, id solum quærit, quomodo quam minimum peccare videatur. ² Multum refert etiam quæ sit persona suadentis: quia antea acta vita, si illustris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut fortuna, affert expectationem. Providendum est, ne quæ dicuntur, ab eo qui dicit, dissentiant. At his contraria summissiorem quendam modum postulant. Nam quæ in aliis *libertas* est, in aliis *licentia* vocatur. Et quibusdam sufficit *auctoritas*, quosdam *ratio* ipsa ægre tuetur. ³ Ideoque longe mihi difficillimæ videntur *profopœiæ*, in quibus ad reliquum suavoriæ laborem accedit etiam personæ difficultas. Nanque idem illud aliter *Cæsar*, aliter *Cicero*, aliter *Cato* suadere debet. Utilissima vero hæc exercitatio, vel quod duplicis est operis, vel quod poëtis quoque, aut historiarum futuris scriptoribus plurimum confert, verum & oratoribus necessaria. Nam sunt multæ à Græcis Latinisque compositæ orationes quibus alii uterentur, ad quorum conditionem vitamque ap-
 tanda

¹ *Ut Philippicas exurat.*] Thema est hoc declamatorium, habeturque apud Senecam in declamationibus. *Idem.*

² *Multum refert etiam.*] Vita magis quam oratio persuadet, inquit Gregorius. *Idem.*

³ *Ideoque longe mihi, &c.*] Hic appellat *profopœiam* Fabius orationem suavoriam, aut etiam quamlibet. nam,

ut postea ostendit, etiam fiunt *profopœiæ* in controversiis, quæ non sub nostra, sed alterius persona dicuntur. solent alii appellare *Ethopœiam*. Hac duplicis certe est operis. nam & laborandum est ut personæ decorum servemus, & ut suadendi locos tractemus. Nam omnis *profopœia* cadit fere in suavoriam. Plura vide apud *Fab. lib. 2. cap. 4.* *Idem.*

tanda quæ dicebantur fuerunt. ¹ An eodem modo cogitavit, aut eandem personam induit Cicero cum scriberet Cn. Pompejo, & cum C. Appio, cæterisque, ac non uniuscujusque eorum fortunam, dignitatem, res gestas intuitus omnium quibus vocem dabat, etiam imaginem expressit? ut melius quidem, sed tamen ipsi dicere viderentur. Neque enim minus vitiosa est oratio, si ab homine, quam si à re cui accommodari debuit, dissidet: ideoque ² Lysias optime videtur in iis quæ scribebat indoctis, servasse veritatis fidem. ³ Enimvero præcipue declamatoribus considerandum est, quid cuique personæ conveniat: qui paucissimas controversias ita dicunt ut advocati: plerunque filii, patres, divites, senes, asperi, lenes, avari, denique superstitiosi, timidi, derisores fiunt: ut vix comædiarum actoribus plures habitus in pronuntiando concipiendi sint, quam his in dicendo. Quæ omnia videri possunt *prosopepæia*, quas ego suasoriis subjeci, quia nullo alio ab his quam persona distant. ⁴ Quanquam hæc aliquando etiam in controversias ducitur, quæ ex historiis compositæ, certius agentium nominibus continentur. Neque ignoro plerunque exercitationis gratia poni & poëticas & historicas, ut ⁵ *Priami verba* apud Achillem, aut ⁶ *Syllæ dictaturam deponentis* in concione. Sed hæc in partes cedunt trium generum in quæ causas divisimus. Nam & rogare, indicare, rationem reddere, & alia de quibus supra dictum est, varie,

¹ *An eodem modo.*] Cicero aliquando nobilibus Romanis orationes scribebat, quas illi ediscebant, & in senatu aut apud populum pronunciabant. *Idem.*

² *Ideoque Lysias.*] Lex erat Athenis, ne quis patronum suæ causæ adhiberet, sed unusquisque suam causam ageret. At legi fraus fiebat, & oratores alii orationes componebant, quas illi ediscebant, & apud judicem pronunciabant. *Idem.*

³ *Enimvero præcipue declam.*] Aliter

orator controversiam dicit, aliter *declamator*. nam *declamator* sibi induit personam illius quem defendit, *orator* non item. *Idem.*

⁴ *Quanquam hæc aliquando.*] *Prosopepæia* non solum continetur suasoriis causis, verumetiam in judicialibus aliquando apparet. nam *themata* ab historiis plerunque ducimus, & judiciales causas illis aptamus. *Idem.*

⁵ *Priam.*] Virgil. Iliad. 24.

⁶ *Syllæ dictaturam.*] Vide Plutarch. in Sylla.

rie, atque ut res vult, in materia *judiciali, deliberativa, demonstrativa*, subjicere solemus. Frequentissime vero in his utimur ficta personarum quas ipsi substituimus, oratione, ¹ ut apud Ciceronem pro Cœlio, Clodium & cæcus Appius, & Clodius frater, ille in castigationem, ² hic in rationem amorum compositus alloquitur. Solent in scholis fingi materiæ ad deliberandum similiores controversiis, ex utroque genere commistæ: ut cum ³ apud C. Cæsarem consultatio de pœna Theodoti ponitur. Constat enim accusatione & defensione causæ, quod est judicialium proprium. Permista autem est & utilitatis ratio, *an pro Cæsare fuerit occidi Pompejum: an timendum à rege bellum, si Theodotus sit occisus: an id minime opportunum hoc tempore, & periculosum, & certe longum sit futurum.* Quæritur & de honesto, *deceatne Cæsarem ultio Pompeii: an sit verendum ne pejorem faciat suarum partium causam, si Pompejum indignum morte fateatur.* Quod genus accidere etiam veritati potest. ⁴ Non simplex autem circa suasorias error in plerisque declamatoribus fuit, qui dicendi genus in his diversum atque in totum illi judiciali contrarium esse existimarunt. Nam & principia abrupta, & concitatam semper orationem, & in verbis effusionem (ut ipsi vocant) cultum affectaverunt, & earum breviores utique commentarios quam ⁵ judicialis materiæ facere elaborarunt. Ego porro ut proœmio video non utique opus esse suasoriis, propter quas dixi supra causas, ita cur initio furioso sit exclamandum, non intelligo: cum proposita consultatione rogatus sententiam si modo est sanus, ⁶ non quiritet,

¹ *Ut apud Ciceronem.]* Hoc vocatur *Idolopœia*, cum persona quasi ab inferis excitatur, & illi oratio accommodatur. *Idem.*

² *Hic in rationem, &c.]* Antea Fab. locutus est de *prosoopœia* quæ tota est in oratione: hoc loco de ea agit, quæ ut figura est in orationis parte. *Idem.*

³ *Apud Cæsarem consult.]* Theodotus pædagogus erat Ptolemæi pupilli

Alexandrinorum regis. Is suasit Ptolemæo ut Pompejum interficeret, & illius caput ad Cæsarem ferret. *Idem.*

⁴ *Non simplex autem.]* Quædam Fabius scribit hoc loco de elocutione generis suasorii, nonnullosque declamatores arguit, qui prava hoc in genere utebantur elocutione. *Idem.*

⁵ *Judicialis.]* Leg. *legalis.*

⁶ *Non quiritet.]* *Quiritare* est querula voce

quiritet, sed quam maxime potest civili & humano ingressu mereri assensum deliberantis velit. Cur autem torrens, & utique æqualiter concitata sit in ea dicentis ratio, cum vel præcipue moderationem rationemque consilia desiderent? Neque ego negaverim sæpius ¹ subsidere in controversiis impetum dicendi proæmio, narratione, argumentis: quem si detrahas, id fere supererit, quo suasoriæ constant: verum id quoque æqualius erit, non tumultuosius atque turbidius. ² Verborum autem magnificentia non validius est affectanda suasorias declamantibus, sed contingit magis. Nam & personæ fere magnæ fingentibus placent, *regum, principum, populi, senatus*, & res ampliores. ³ ita cum verba rebus aptentur, ipso materiæ nitore clarescunt. Alia veris consiliis ratio est: ideoque Theophrastus quam maxime ⁴ remotum ab omni affectatione in deliberativo genere voluit esse sermonem, secutus in hoc auctoritatem præceptoris sui, quanquam dissentire ab eo non timide solet. Nanque Aristoteles idoneam maxime ad scribendum *demonstrativam* proximamque ab ea *judiciale* putavit: videlicet quoniam prior illa tota esset ostentationis, hæc secunda egeret artis, vel ad fallendum, ⁵ si ita poposcisset utilitas: consilia fide prudentiaque constarent. Quibus in demonstrativa consentio. Nam & omnes alii scriptores idem tradiderunt. In judiciis autem consiliisque secundum conditionem ipsius

quæ
voce populi Rom. atque Quiritum opem implorare. hinc tractum est, quod qui lædebantur injuria, opem populi petebant. *Idem.*

¹ *Subsidere.*] Metaphora ab insidiatoribus, id est, *latere.* *Idem.*

² *Verborum autem magnificentia.*] Hætenus de *stylo*, nunc de *verbis* agit. *Magnificentiam* autem appellat, illustrem compositionem quæ rem extollit & dictione & sententia. hujus meminit lib. 4. cap. de narratione. Demetrius quoque Phalereus *magnificentie* præcepta præscribit in lib. de interpretatione. *Idem.*

³ *Ita cum verba rebus aptentur.*] Præceptum hoc est de genere characteris in suasoria materia, cujus ratio (ut servetur decorum) petitur & à rebus & à personis, ut in aliis quoque generibus. *Idem.*

⁴ *Remotum ab omni affectatione.*] Theophrastus in deliberativo, orationis simplicitatem ab affectatione remotam probat. qua de re præcepta sunt apud Aristidem rhetorem, & apud Demetrium Phalereum in lib. de interpretatione. *Idem.*

⁵ *Si ita poposcisset utilitas.*] Hoc addit, quod id non esse faciendum alio loco asserit. *Idem.*

I Tota

quæ tractabitur rei, accommodandam dicendî credo rationem. Nam & Philippicas Demosthenis eisdem quibus habitas in judiciis orationes, video eminere virtutibus. Et Ciceronis sententiæ & conciones, non minus clarum quam est in accusationibus ac defensionibus, eloquentiæ lumen ostendunt. Dicit tamen idem de suasoria, hoc modo, ¹ *Tota autem oratio, simplex & gravis, & sententiis debet ornatior esse quam verbis.* Usum exemplorum nulli materiæ magis convenire merito fere omnes consentiunt, cum plerunque videantur respondere futura præteritis, ² habeaturque experimentum velut quoddam rationis testimonium. Brevis quoque aut copia non genere materiæ, sed modo constant. Nam ut in consiliis plerunque simplicior quæstio est, ³ ita sæpe in causis minor. ⁴ Quæ omnia vera esse sciet, si quis non orationes modo, sed historias etiam (nanque in his conciones atque sententiæ plerunque suadendi ac dissuadendi funguntur officio) legere maluerit, quam in commentariis rhetorum consensescere. Inveniet enim nec in consiliis abrupta initia, & concitatus sæpe in judiciis dictum, & verba aptata rebus in utroque genere, & breviores aliquanto causarum orationes quam sententiarum. Ne illa quidem in his vitia deprehendet, quibus quidam declamatores laborant, quod & contra sentientibus inhumane con-

¹ *Tota autem oratio.*] Hoc præceptum Cic. mutuatus est ex Arist. & Theophrasto, ut pleraque etiam alia in Partitionibus. si tamen recte intelligatur, nihil peccat: significat enim ornatum orationis sequi potius debere sententiam, quam præire, ut potior habeatur delectus sententiarum, quam verborum, cum tamen verba sententiis sint aptanda. *Idem.*

² *Habeatur experimentum.*] In exemplo conjungitur similitudo consilii, & similitudo eventus: videre tamen oportet, ut antea monuit, quorum exemplorum auctoritatem afferamus, & quibus proponamus. *Idem.*

³ *Ita sæpe in causis minor.*] Quosdam reprehendit, qui præcipiebant ut orationes *judiciales* essent prolixiores, *deliberativæ* breviores, cum id non ex causis, sed ex argumento sit metiendum. itaque nonnunquam prolixiores sunt deliberativæ quam judiciales. *Idem.*

⁴ *Quæ omnia.*] Perfunctorie monet Fabius, satius esse evolvere orationes, aut etiam conciones historicorum, atque ex illis artificium eruere, quam ex rhetorum præceptionibus semper pendere. usus liquidem, auctore Cicerone, omnium magistrorum præcepta exuperat. *Idem.*

1 Hæc

ne convitiantur, & ita plerunque dicunt, tanquam ab iis qui deliberant utique dissentiant: ideoque objurgantibus similiores sunt, quam suadentibus. ¹ Hæc adolescentes sibi scripta sciant, ne aliter quam dicturi sint, exerceri velint & in desuescendis morentur. Cæterum cum advocari cœperint in consilia amicorum, dicere sententiam in senatu, suadere si quid consulet princeps, quod præceptis fortasse non credunt, usu docebuntur.

¹ Hæc adolescentes.] Hoc pertinet ad præceptum declamationis, quod & lib. 2. monuit, ut declamationes quam proxime veras causas imitentur, alioqui pravam fore exercitationem. Idem.

C A P. IX.

De partibus causarum judicialium.

Nunc de judiciali genere, quod est præcipue multiplex, ¹ sed officiis constat duobus, ¹ intentionis ac depulsionis. Ius
cujus partes, ut plurimis auctoribus placuit, quinque sunt, *proœmium, narratio, probatio, refutatio, peroratio*. His adjece-
runt quidam ² partitionem, *propositionem, excessum*: quarum
priorès duæ probationi succedunt. Nam proponere quidem quæ sis probaturus, necesse est: sed & concludere. Cur igitur si illa pars causæ est, non & hæc sit? ³ *Partitio* vero dispositionis est species, ipsa *dispositio* pars rhetorices, & per omnes materias totumque earum corpus æqualiter fusa, sicut *inventio* & *elocutio*. Ideoque eam non orationis totius partem unam esse credendum est, sed quæstionum
etiam

Genus judiciale quia est omnium difficillimum, majorem quoque postulat præceptorum rationem. itaque huic generi 4. sequentes libros deputat, sequiturque harum partium rationem in librorum ordine. nam libro quarto de exordio & narratione agit, quinto de confirmatione & confutatione, sexto de conclusione, septimo materiam hujus generis explicat, quæ in *stasis* est posita. Turneb.

¹ Intentionis ac dep.] Καὶ ἐπιπόρευας ἢ ἀποπόρευας. Pithæus.

² Partitionem.] Quæ rectius dicitur dispositionis species. Idem.

³ Partitio vero dispos. est species.] Dispositio est optima collocatio rerum inventarum: cujus cum aliæ pleræque sunt species, tum ipsa quoque partitio est. nam cum in certâ membra rem totam partiatur, indicat quæ futura sit collocatio capitum in tota oratione. Turneb.

R

I Egressis

etiam singularum. Quæ nanque est quæstio, in qua non promittere possit orator quid primo, quid secundo, quid tertio sit loco dicturus? quod est proprium *partitionis*. Quam ergo ridiculum est, *questionem* quidem speciem esse probationis: *partitionem* autem, quæ sit species quæstionis, partem totius orationis vocari? ¹ *Egressio* vero, vel (quod usitatius esse cœpit) *excessus*, sive est extra causam, non potest esse pars causæ: sive est in causâ, adiutorium vel ornamentum partium est earum ex quibus egreditur. Nam si quicquid in causâ est, pars causæ vocabitur: cur non *argumentum*, *similitudo*, *locus communis*, *affectus*, *exempla*, partes vocentur? Tamen nec iis assentior qui detrahunt *refutationem*, tanquam probationi subiectam, ² ut Aristoteles. hæc enim est quæ constituat, illa quæ destruat. Hoc quoque idem aliquatenus novat, quod proœmio non *narrationem* subjungit, ³ sed *propositionem*. Verum id facit quia *propositio* genus, *narratio* species videtur: & hac non semper, illa vero semper & ubique credit opus esse. ⁴ Verum ex his quas constitui partibus, non ut quidque primum dicendum, ita primum cogitandum est: sed ante omnia intueri oportet,

¹ *Egressio vero.*] *Egressio* est duplex, altera quæ fit *amœnitatis causa*, & in plausibilem locum extra causam egreditur, quo genere frequenter Fabii tempore utebantur post narrationem: alia est quæ fit *commendationis*, *commiserationis*, *invidiæ causa*, eaque pertinet ad causam: ut Cicero sæpenumero narratis Verris criminibus egreditur ad amplificandum. Neutram autem orationis partem propriam esse à remotione ostendit. Nam si ad causam pertinet, *ornamentum* ejus est: si extra, jam non est pars. Idem.

² *Ut Aristoteles.*] Aristotelis *confirmationem* & *confutationem* uno probationis nomine est complexus, quoniam *probatio* suos numeros non habet, nisi suorum *astruptione* & diversorum *solutione*. Fabius, cum diversa sint *astruere* & *solvere*, diversis quoque appellationi-

bus donanda putat, non uno nomine confundenda. Idem.

³ *Sed propositionem.*] *Propositionem* Aristotel. appellat ejus rei comprehensionem de qua dicendum est. eam in omni genere putat necessariam, *narrationem* non item, sed eam duntaxat ait usitatam in causis judicialibus. Porro *narratio* propositionis est species, quia quod breviter comprehendit *propositio*, idem fufius proponit *narratio*, adjectis omnibus circumstantiis quæ sunt in rei gestione. Idem.

⁴ *Verum ex his.*] Ut in artibus & rebus inveniendis, *resolutorius ordo* nominatur: ita quoque in cogitando. fit autem à fine per resolutionem ad principium usque. At *ordo compositorius* artibus docendis & tradendis est aptior: ita quoque orationibus condendis. Idem

¹ Nam

tet, quod sit genus causæ: quid in ea queratur: quæ profint, quæ noceant: deinde quid confirmandum sit, ac refellendum: tum quomodo narrandum. Expositio enim probationum est præparatio: nec esse utilis potest, nisi prius constiterit quid de probatione promittere. Postremo intuendum quemadmodum iudex sit conciliandus. Neque enim nisi totis causæ partibus diligenter inspectis, scire possumus qualem nobis facere animum cognoscentis expediat, severum an mitem concitatum an remissum, adversum gratiæ, an obnoxium. Neque ideo tamen eos probaverim, qui scribendum quoque procemium novissime putant. ¹ Nam ut conferri materiam omnem oportet, & quid quoque ² loco sit opus, constare debet antequam dicere aut scribere ordiamur: ita incipiendum ab iis quæ prima sunt. Nam nec pingere quisquam aut fingere cœpit à pedibus: nec denique ars ulla consummatur ibi unde ordiendum est. Quid fiet alioqui, si spatium componendi orationem stylo, non fuerit? nonne nos hæc inversa consuetudo deceperit? Inspicienda igitur materia est quo præcipimus ordine, scribenda quo dicimus.

C A P. X.

De generibus judicialium controversiarum.

³ Cæterum causæ omnis, in qua pars altera agentis est, ^{1 2} altera recusantis: aut unius rei controversia constat, aut plurium. ⁴ Illa simplex dicitur, hæc conjuncta. Una controversia est per se furti, per se adulterii. Plures aut ejusdem generis, ut in pecuniis repetundis: aut diversi, ut si quis sacrilegii

¹ Nam ut conferri, &c.] Per similitudinem probat ab exordio incipiendum. Idem.

² Loco.] Pith. omittit loco.

³ Cæterum causæ omnis in qua.] Q. d. non simplex omnis causæ, sed in qua, &c. Pithæus.

⁴ Illa simplex dicitur.] Causa simplex non potest plus habere uno statu principali, quanquam quæstionum plures habere status potest: causa conjuncta plures habet status causæ, qui seorsum iudicium subire possunt & litem constituere. Turneb.

sacrilegii simul & homicidii accusetur. Quod nunc in publicis judiciis non accidit, ¹ quoniam prætor certa lege sortitur: principum autem & senatus cognitionibus frequens est: & populi fuit. ² Privata quoque judicia sæpe unum judicem habere multis & ³ diversis formulis solent: nec aliæ species erunt, etiam si unus à duobus duntaxat eandem rem, atque ex eadem causa petet, aut duo ab uno, aut plures à pluribus. quod accidere ⁴ in hereditariis litibus interim scimus: quia quamvis in multis personis, causa tamen una est, nisi si conditio personarum quæstiones variaverit. Diversum his tertium genus, quod dicitur *comparativum*, ⁵ cujus rei tractatus in parte causæ frequens est: ut cum ⁶ apud centumviros post alia quæritur & hoc, *uter dignior hereditate sit.* Rarum est autem ut in foro judicia propter id solum constituentur, sicut *divinationes*, quæ fiunt de accusatore constituendo, ⁷ & nonnunquam inter delatores: *uter præmium meruerit.*

¹ *Quoniam prætor certa lege, &c.]* Judiciis publicis præsidebat Prætor, qui & *quæstor* dicebatur. solebat autem ductis ex urna sortibus, ordine causas cognoscere. Judicia porro publica secundum leges instituuntur, ac de maleficiis certa lege cognoscit Prætor, ut *lege Cornelia* de sicariis, *lege Julia* de repetundis. cum igitur maleficia una lege non continebantur, in cognitionem Prætoris simul non venient. *Idem.*

² *Privata quoque judicia.]* Judicia publica legibus instituebantur, *privata* actionibus, quarum certa erat formula: à qua qui aberraret, causa cadebat. hinc *formularii* dicuntur à Cic. *pragmatici* & *leguleii.* *Idem.*

³ *Diversis formulis.]* Index enim pecuniaræ causæ de actoris calumnia pronuntiare potest. *Pith.*

⁴ *In hered.]* Ubi est quæstio de hereditate, quamvis sint plures personæ, tamen una causa, nisi personæ causam variaverint, ut in themate de duobus legitimis & notho uno: & tunc non quæstio exit conjuncta, sed comparatio. *Turneb.*

⁵ *Cujus rei tractat.]* Quemadmodum enim nunquam solemus reum defendere per solam *deprecationem*, sed post defensionem veram tanquam ex abundantanti utimur *deprecatione*, ut Cicero *pro Milone*: Sic nunquam contingit ut causa judicialis seu privata tota sit posita in comparatione: tractamus tamen hanc in aliqua parte post alia multa. Jam in divinationibus nihil aliud esse videtur quam *comparatio.* est enim ea, a Sconio auctore, in qua quæritur non de factò per conjecturam, sed de futuro. sic dicta *divinatio*, quia judices injurati sine tabulis aut testibus, sed solis argumentis decernunt, uter accusare debeat: ideoque oporteat illos divinare. *Idem.*

⁶ *Apud centumviros.]* Centumviri apud Romanos de causis minoribus judiciisque privatis cognoscebant, erantque divisi in quatuor basilicas. *Idem.*

⁷ *Et nonnunquam inter delatores.]* In quibusdam criminibus publicis, ut in *crimine majestatis* & *perduellionis*, delatoribus & iudicibus constituuntur præmia. *Idem.*

¹ *Adjece-*

meruerit. ¹ Adjecerunt cuidam numero *mutuam accusatio-*
nem, quæ ἀντιγοτηγεία vocatur: aliis videlicet succedere
 hanc quoque comparativo generi existimantibus: cui simi-
 lis erit petitionum invicem diversarum: quod accidit vel fre-
 quētissime. ² Id si & ipsum vocari debet ἀντιγοτηγεία (nam
 proprio caret nomine) duo erunt genera ejus: alterum, quo
 litigatores idem crimen invicem intentant: alterum, quo
 aliud atque aliud. Cui & petitionum conditio par est. Cum
 apparuerit genus causæ, tum intuebimur, negeturne fa-
 ctum quod intenditur, an defendatur, an alio nomine ap-
 pelletur, an à genere actionis repellatur: unde sunt status.

¹ Adjecerunt quidam.] Præcepta ἀν-
 τιγοτηγείας sunt apud Fab. lib. 7. cap.
 de conjectura: ubi docet anticategoriam in

forum cadere non posse, sed tantum in
 cognitionem principis. Idem.

² Id si ipsum.] Nostri reconventio-
 nem appellant. Pitb.

C A P. XI.

Quid sit *questio*, *ratio*, *judicatio*, *continens*, &
 quatenus *necessaria*.

HIS inventis, intuendum deinceps Hermagoræ vide- 13
 tur quid sit *questio*, *ratio*, *judicatio*, *continens*, id est
 οὐσίαν, vel, ut alii vocant, *firmamentum*. ¹ *Questio* latius
 intelligitur omnis de qua in utranque partem vel in plures
 dici credibiliter potest. In judiciali autem materia duplici-
 ter accipienda est: Altero modo, quo dicimus multas quæ-
 stiones habere controversiam, quo etiam minores omnes
 com-

Congerit quasdam opiniones eorum
 qui *statum* à *judicatione* separabant,
 ideoque in multas particulas præceptio-
 nes præscindebant: demum suam appo-
 nit sententiam, censetque *statum*, *ju-*
dicacionem, *continens*, eadem esse. nec
 enim (ut antea diximus) *statum* in pri-
 ma confitione ponit Fabius, sed in ea
 questione quæ complectitur totam con-
 troversiam. Turneb.

¹ *Questio* latius intelligitur.] *Questio*
 generaliter accipitur & specialiter. *Ge-*
neraliter, ut quancunque probabilem
 complectitur dubitationem: *specialiter*,
 ut in causa judiciali. Caterum hæc quo-
 que duplex est, *summa*, quæ controver-
 siam continet, & principale litis pun-
 ctum: est & *minor* questio levior, quæ
 tamen ad summæ confirmationem per-
 tinet. Idem.

R 3

I Quo

complectimur: Altero, ¹ quo significamus summam illam in qua causa vertitur. de hac nunc loquor, ex qua nascitur status, *an factum sit, quid factum sit, an recte factum sit*. Has Hermagoras & Apollodorus & alii plurimi scriptores proprie *questiones* vocant: Theodorus (ut dixi) *capita generalia*: sicut illas minores aut ex illis pendentes, *specialia*. Nam & questionem ex questione nasci, & speciem in species dividi convenit. Hanc igitur questionem veluti principalem vocant *ἑρώματα*. ² Ratio autem est, qua id quod factum esse constat, defenditur. Et cur non utamur eodem, quo sunt usi fere omnes, exemplo? *Orestes matrem occidit*. hoc constat. *dicit se juste fecisse*: status erit qualitatis. *questionis, an juste fecerit*. ratio, *quod Clytemnestra maritum suum patrem Orestis occidit*, hoc *ἄνω* dicitur. ³ *κενώματα* autem *judicatio*, an oportuerit vel nocentem matrem à filio occidi. Quidam dividerunt *ἄνω* & *αἰτίαι*, ut esset altera, propter quam iudicium constitutum est, *ut occisa Clytemnestra*: altera qua factum defenditur, *ut occisus Agamemnon*. Sed tanta est circa verba dissensio, ut alii *αἰτίαι* causam iudicii, *ἄνω* autem facti vocent, alii eadem in contrarium vertant. Latinorum quidam hæc initium & rationem vocaverunt: quidam utrumque eodem nomine appellant. Causa quoque ex causa, id est *ἄνω* ex *αἰτίαι* nasci videtur: quale est, *Occidit Agamemnonem Clytemnestra, quia ille filiam communem immolaverat, & captivam pellicem adducebat*. Idem putant & sub una questionis plures esse rationes: *ut si Orestes & alteram afferat matris necata*

¹ Quo significamus summam illam.] Summa questio re ipsa eadem est cum statu, sed ratione differt, quod in summa questione aliquid appareat querendum vel conjecturaliter vel finitive, qua facies status dicitur: qua sententia non est Fabii, sed Hermagoræ. Idem.

² Ratio autem.] Hoc ait, quia in conjectura ratio non affertur, sed eodem in loco est status & iudicatio. Ratio autem ad rem pertinet, quia se ratione defen-

dit. Idem.

³ Κενώματα autem.] Κενώματα Budæus dicit, vulgo hoc de quo questio est, à Cicerone appellatur *qua de re agitur*. est autem questio qua oritur ex rationis & firmamenti conflictu. Idem.

⁴ Et captivam pellicem adducebat.] Meminit quoque Euripides in Hecuba, aitque Cassandram concubinam fuisse Agamemnonis. erat igitur pellex, cum Agamemnon uxorem haberet. Idem.

I Quod

necata caussam, ¹ *quod responsis sit impulsus*. ² Quot autem causas faciendi, totidem iudicationes. Nam & hæc erit iudicatio, *an responsis parere debuerit*. Sed & una causa plures habere quaestiones & iudicationes (ut ego arbitror) potest: ut in eo qui cum adulteram deprehensam occidisset, adulterum, qui tum effugerat, postea in foro occidit. Causa enim est una, *adulter fuit*: quaestiones & iudicationes, *an illo tempore, an illo loco licuerit occidere*. Sed sicut cum sint plures quaestiones, omnesque suos status habeant, causæ tamen status unus sit, ad quem referuntur omnia: ita iudicatio maxime propria, de qua pronuntiatur. *Συμῆχος*, autem (quod, ut dixi, continens alii, firmamentum alii putant, ³ Cicero firmissimam argumentationem defensoris, & ⁴ appositissimam adjudicationem) quibusdam id videtur esse, post quod nihil quaeritur: quibusdam id quod ad iudicationem firmissimam affertur. ⁵ Causa facti, non in omnes controversias cadit. Nam quæ fuerit causa faciendi, ubi factum negatur? At ubi causa tractatur, negant eodem loco esse iudicationem, ⁶ quo quaestionem. Idque & in Rhetoricis Cicero & in Partitionibus dicit. Nam in conjectura est quaestio ex illo, *factum, non factum, an factum sit*. Ibi ergo iudicatio, ubi quaestio: quia in eadem re prima quaestio, & extrema disceptatio. At in qualitate, *Matrem Orestes occidit, recte, non recte*: an recte occiderit, quaestio, nec statim iudicatio. Quando ergo? *Illa patrem meum occiderat*. Sed non ideo tu matrem debuisti occidere. *an debuerit* hæc iudicatio. Firmamentum autem verbis ipsius ponam. Si velit

¹ *Quod responsis sit impulsus.*] Nam oraculum Pythii Apollinis Orestem impulit ad matrem interficiendam, ut meminit *Sophocles in Electra*. Idem.

² *Quot autem causas, &c.*] Sed tamen illæ iudicationes non erunt æque principales, sed quibusdam magis nitentur, alia ut *status minores* erunt. Idem.

³ *Cicero.*] Rhetoric. I.

⁴ *Appositissimam.*] Aptissimam.

⁵ *Causa facti non in omnes contr.*] Causa facti locum duntaxat habet in finitione & qualitate, in conjectura vero nunquam. *Turneb.*

⁶ *Quo quaestionem.*] Nam *quaestionem summam* in prima conflictione ponunt, *iudicationem* vero in summa disceptatione, quæ ex ratione & firmamento nascatur. Idem.

velit Orestes dicere ejusmodi animum matris suæ in patrem suum, in seipsum ac sorores, in regnum, in famam generis ac familiæ, ut merito ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Utuntur alii & talibus exemplis, *Qui bona paterna consumpserit, ne concionetur.* in opera publica consumpsit. quæstio, *an quisquis consumpserit, prohibendus sit*: judicatio, *an qui sic.* ¹ Vel ut in causâ militis Mariani qui C. Lusium tribunum vim sibi inferentem interfecit, quæstio, *an jure fecerit.* ratio, *quod is vim afferebat.* judicatio, *an indemnatum,* an Tribunum à milite occidi oportuerit. ² Alterius etiam status quæstionem, alterius judicationem putant. Quæstio qualitatis, *an recte Clodium Milo occiderit.* Judicatio conjecturalis, *an Clodius insidias fecerit.* ³ Ponunt & illud, sæpe causam in aliquam rem dimitti, quæ non sit propria quæstionis, & de ea judicari. A quibus multum dissentio. Nam & illa quæstio, *an omnes qui paterna bona consumpserint, concione sint prohibendi,* habeat oportet suam judicationem. ⁴ Ergo non alia quæstio, alia judicatio erit, sed plures quæstiones, & plures judicationes. Quid? non in causâ Milonis ipsa conjectura refertur ad qualitatem. Nam si est insidiatus Clodius, sequitur ut recte sit occisus. Cum vero in aliquam rem missa causâ est, & recessum à quæstione quæ erat constituta: ⁵ hîc quæstio, ubi
judicatio

¹ *Vel ut in causa militis Mariani.*] Bellis Cimbricis, Trebonius propinquum Marii imperatoris, vim sibi inferentem, interfecit, estque à Mario imperatore absolutus. Hic Fabius appellat *Trebonium*, *Aruncum* militem, à patria. sunt enim *Arunci* populi quidam in Latio. *Idem. Militis.*] *Arunci.* Plutarchus in Mario, & Valer. lib. 6. tit. 1. de pudicitia.

² *Alterius etiam status, &c.*] Præceptum hoc perpetuum non est: nam sæpenumero etiam contingit ut idem sit status in *judicatione* & *quæstione.* Turnebus.

³ *Ponunt & illud.*] Omnis quæstio

quæ causam facti postulat, *judicationem* quoque exigit, à qua comprobetur, quod si verum est, *judicatio* nunquam erit in ea re quæ non sit propria quæstionis. *Idem.*

⁴ *Ergo non alia quæstio.*] Significat *judicationem* non esse à quæstione alienam & remotam: ac si plures sint quæstiones, plures quoque esse *judicationes*, à quibus comprobentur & confirmentur. *Idem.*

⁵ *Hic quæstio, ubi judicatio est.*] Cum in rem extraneam causa mittitur, non in quæstione quæ illinc oritur, est *judicatio*, sed in ea disceptatione quæ ad quæstionem summam ita refertur, ut
eam

judicatio est. Paulum in his secum etiam Cicero dissentit. Nam in rhetoricis (quemadmodum supra dixi) Hermagoram est secutus: in topicis, ex statu effectam contentionem *κείνοισιν* existimat. Idque Trebatio, qui juris erat consultus, alludens, qua de re agitur appellat: quibus id continetur, continentia, quasi firmamenta defensionis: ¹ quibus sublatis defensio nulla sit. At in partitionibus oratoriis, firmamentum, quod opponitur defensioni: quia continens quod primum sit, ab accusatore dicatur: ratio, à reo: ex rationis & firmamenti quaestione, disceptatio sit judicationum. ² Verius igitur & brevius, qui statum & continens & judicationem idem esse voluerunt: ³ *continens* autem id esse, quo sublato lis esse non possit. Hi mihi videntur utranque causam complexi, & quod *Orestes matrem,* & quod *Clytemnestra Agamemnonem occiderit.* Idem judicationem & statum consentire semper existimarunt. Nec enim aliud eorum rationi conveniens fuisset. Verum hæc affectata subtilitas, circa nomina rerum ambitiose laboret, à nobis in hoc assumpta solum, ne parum diligenter inquisisse de opere quod aggressi sumus, videremur: simplicius autem instituenti, non est necesse per tam minutas rerum particulas rationem docendi concidere: quo vitio multi quidem laborarunt, præcipue tamen Hermagoras, vir aliqui subtilis, & in plurimis admirandus, tantum diligentia nimium sollicitæ, ut ipsa ejus reprehensio laude aliqua non indigna sit. ⁴ Hæc autem brevior, & vel ideo lucidior multo via, neque discentem per ambages fatigabit, nec corpus

eam probet, & de ea sit judicandum. Idem.

¹ *Quibus sublatis defensio nulla sit.] Cicero in Topicis continens facere videtur defensoris, ut sit ejus forma, ratio qua se tueatur. at in Partit. facit actoris, ut sit id quod opponitur rationi defensoris. Idem.*

² *Verius igitur.] His præceptorum particulis non delectatur Fabius: quo-*

oratio-
circa meliorem putat hanc opinionem, quanquam postea etiam quid sentiat, magis sit explicaturus. Idem.

³ *Continens autem.] Continens quod utrumque *ἀμφοτέρων* complectitur. Pithæus.*

⁴ *Hæc autem brevior.] Demum ascribit sententiam suam, ac statum eundem cum judicatione facit, omissis tamen variis rerum appellationibus. Turneb.*

orationis in parva momenta deducendo consumet. Nam qui viderit quid sit quod in controversiam veniat, quid in eo, & per quæ velit efficere pars diversa, quid nostra, quod in primis est intuendum: nihil eorum ignorare, de quibus supra diximus, poterit. Nec est fere quisquam, modo non stultus, atque ab omni prorsus usu dicendi remotus, quin sciat & quid litem faciat, (quod ab illis *caussa* vel *continens* dicitur) & quæ sit inter litigantes quæstio, & de quo judicari oporteat: quæ omnia idem sunt. Nam & de eo quæstio est, quod in controversiam venit: & de eo judicatur, de quo quæstio est. ¹ Sed non perpetuo intendimus in hæc animum & cupiditate laudis, utcunque acquirendæ, vel dicendi voluptate evagamur, quando uberior semper extra causam materia est, quia in controversia pauca sunt extra, omnia: & hîc dicitur de iis quæ accepimus, illic de quibus volumus. Nec tam hoc præcipiendum est ut quæstionem, continens, judicationem inveniamus, (nam id quidem facile est) quam ut intueamur semper, aut certe si digressi fuerimus, saltem respiciamus, ne plausum affectantibus, arma excidant. Theodori schola (ut dixi) omnia refert ad capita. His plura intelliguntur: Uno modo summa quæstio, item ut status: Altero cæteræ quæ ad summam referuntur: Tertio, propositio cum affirmatione: ut dicimus, *Caput rei est* ² *apud Menandrum*, κεφάλαιόν ἐστιν. In universum autem quicquid probandum est, erit *caput*, sed id majus, aut minus. ³ Et quoniam quæ de his erant à scriptoribus artium tradita, verbosius etiam quam necesse erat exposuimus: præterea quæ partes essent judicialium causarum, supra dictum est: proximus liber proœmia, id est exordia concipiet.

¹ *Sed non perpetuo.*] Quosdam reprehendit *declamatores* & *oratores*, qui relicto themate & eo quod in controversiam venit, extra rem licentiose evagantur ad plausum auditoris captandum. *Idem.*

² *Apud Menandrum.*] Intelligere possumus *rhethorem*, cujus *rhethorica* extat. *Idem.*

³ *Et quoniam.*] Transitio ad sequentem librum. *Idem.*